F. SYLVII

Ambiani in orationem Ciceronis pro
Lege Manilia, Commentarii.



Vænundantur Iod. Badio.
Sub priuilegio e regione operis explicando.

Reuerendiſſimo in Chriſto patri Antonio Creuanto, Tituli ſanctæ Priſcæ in monte Auentino, ſacroſanctæ Romanæ eccleſię Preſbytero Cardinali, Abbati ſacri monaſterii ſanctiſſimæ Trinitatis Vindocineñ. Franciſcus Syluius S.

QVum diſcipulis curæ meæ delegatis aliquot M. Tullii Iudiciales orationes prælegiſſem, iiſq; audiẽdis operam eos non perdidiſſe ſentirẽ, commodum mihi viſum eſt aliquam eiuſdem oratoris ſuaſoriam enarrare: partim vt ſtyli & generis varietas laborem ſtudiorum leuaret, eoſq; oblectaret: partim vt eo quoque dicendi genere inſtituerentur, quod conſiliis adhiberi ſolet, quod in Republica arbitror valere plurimũ: ſed præcipue vt viderent, quantum a Liuianis cõcionibus Tullianæ diſtent. His enim Liuianas ſelectas enarrare ſoleo. Hãc igitur ſumpſi in manus, qua legem Maniliam ſuadet Cicero, qua Cnæum Pompeiũ ornat, qua ſe ipſe temperata oratione ornãdi copiam perſecutum dicit. In eam breues quoſdam ſcripſimus Commentarios: quos vt iuuemus ſtudia iuuẽtutis, nomine tuo edimus: Tuo, inquam, nomine, qui quum adoleſcens mihi operam dares, humanarũ literarũ ita ſtudioſus eras: in hiſq; tantum promoueras, vt patrui Ludouici Creuanti viri vt ſacerdotiis, ita religione honeſtiſſimi conſilio, primum dialecticis, deinde theologicis & ſtudiis & diſputationibus ab harum literarum puritate multum alienis deditus, earum ſtudia cõtinuaſſe potius q̃ intermiſiſſe videare. Poſtq̃ vero in theologorum ordinẽ aſcriptus es, ita diuinas literas excolis, vt humanas nõ contemnas. Quo nomine ſpero Commentarios hos tibi fore magis gratos. Vale, Pariſiis, ex ſchola Tornaca. xiii. Septembris, anno domini M. D. XXIX.

Tabella ſecūdum literarū ſeriem in Commentarios ſubſequentes.

Actio quid ſit.fo.i.
Adminiſtrare bellum,xix.
Aedilitas,xxxi.
Ager ſcripturarius,viii.
Amiſus,x.
Annonæ vtilitas,xxii.
Appia via,xxvii.
Appoſitio oratori infrequens eſt,vi.
Aſcribere, Aſcriptitii & Aſcribi in ciuitatem in ciuitate & ciuitati, xxix.
Aſſentio & or.xxxiiii.
Attilius Manius,vi.
Belli fortuna,v.
Bellum ſeruile,xv.
Bellū Mithrid. xvii.
Bithynia Romanorū prouincia,iii.
Bonos quos vocet Cicero. folio,i.
Brunduſium,xxii.
Capere magiſtratū. folio.xxxi.
Cauſa vera,xxvi.
Cicero Prætor,ii.
Cyzicum,x.
Colligere ſe,xii.
Comitiū & forum,xxii.
Conficere prouinciā,xv.
Bellū & ſtipendia,xvi.
exercitū & pecuniā,xxx.
Continentia,xx. & ſeq.
Conuentus,xxvi.
Copiæ Mithrid. xii.
Copioſus.i.locuples, xxxii
Corinthus euerſa,vi.
Curſ⁹ p̄ nauigatione,xviii
Decumæ & Decumanū frumentū folio.viii.
Defendendi labor,i.
Defenſio belli,xiii.
Delos,xxxvii.
Deniq; nunc,xxi.
Deportare literas ſigna, tabellas, & alias vt exercitum,xxx.
Deprecatores & precatores,xix.
Diſiunctiſſima loca,v.
Diuiſio orationis,ii.
Exemplorum citandorum ratio,vii.
Exercere vectigalia & iudicia,iii.
Extrema pueritia & adoleſcentia,xv.
Extrema hyeme,xix.
Factum eo,xxix.
Felicitas hic nulli p̄petua,xxiii.
Fides eſt reip. neceſſaria,ix
Fortuna belli,v.
Forum & comitium, xxii
Frui,viii.
Frui & fructū capere,xxxix
Fructus vnde,xxix.
Fructuarius ager,xxx.
Frumenti numerus,ix.
Frumentū decumanum & Decumæ,viii.
Fuga Mithrid.x.
Gabinia lex,xxv.
Galli bellicoſi,xvi.
Gaza,xxxiii.
Genera vectigaliū,viii.
Gratia bona & mala quæ dicatur.xxxiiii.
Grauati & grauate,xxvii.
Hiſtoriæ lex,xiii.
Honoris cauſa nomino,xxviii.
Hoſtia in oſtio Tyberis vrbs,xvii.
Idoneus quis,xxxiii.
Ignoſci ſibi non vult vir fortis,xxi,
Imperare obſides,xix.
Incolumis,xiii.
Induſtrius,ix.
Ineunte vere,xix.
Innocentia,xix.
Inter & intra annos. folio xxxiiii.
Is ad primā refertur perſonam,xxvii.
Iubet populus,xiii.
Ius ſuffragii,xxxii.
Iuuenes.i.milites,xiiii.
Labor defendēdi,i.
Lapſus de cęlo,xxi
Lętādū illud mihi in primis video,ii.
Legatus quid ſit, xxvii.
Legibus ſolutus,xx xi.
Lentuli duo, xxxi.
Lex Gabinia,xxv.
Loca diſiunctiſſima,v.
Locus pro tempore,xxx.
Lucius Philippus,xxvi.
Lucullus reuocatur,viii.
Ludus & Ludimagiſter. folio,xiiii.
Ludi & victorię belli comparantur,xxiii.
Magiſtratus renunciati,ii.
Magiſtratū capere,xxii.
Manilia lex,xxxiiii.
Manius Attilius ,vi.

Mare clauſum,xxvj.
Medea,xj. Fratrem diſcerpit.ibidem.
Medio vere,xix.
Meminiſſe pro recordando.xxiii.in fine.
Militaris ætas & tempus xiiii.bis.
Mithridatis in Romanos ciues crudelitas,iiii.
Mithridatis fuga,x.
Mithridatis genus,xi.
Mithrid.copiæ,xii.
Mithridaticũ bellũ,xvii.
NAuis & ignau⁹,ix.
Nauiculatores & Nauicularii,v.
Nauiculariam facere,vi.
Numerus ciuium & frumenti,ix.
Nunc deniq;,xxi.
Nuncius malæ rei,xii.
OBſecundare,xxvii
Obſides imperare folio.xix.
Oratio ad Iudices quid differat ab ea quæ ad populum.folio.i.
Orator,ii.
Oſtium oceani,xvii.
PAcata ciuitas,xxxiii
Papyrius,xvi.
Paſcuarii,vii.
Pecuniam in queſtu relinquere,xx.
Peradoleſcens,xxx.
Piratarũ origo & Pompeii in eos victoria,xvi.
Pompeio quem honorem Sylla detulerit,xv.
Ponere pro firmare & ponere ædem,xxvii.
Portare exercitum,xxx.
Portorium,viii.
Prætor Cicero,ii.
Principum vitam ſubditi imitantur,xx.
Profugere,xi.
Prohibere,ix.
QVeſtura,xxxi.
Quæſtores iuniores.fo.eodem.
Q. Sertorii virtus,xxxi.
Quũ ſeu cum & tũ,xxv.
REdimere vectigalia & redẽptores,ix.
Refutare,xxv.
Regium nomen quibus ſanctum,xiii.
Renunciari magiſtratus. folio,ii.
Reportare exercitum & ſimilia,xxx.
Roſtra pro foro,xxvii.
SAlis vectigal, Salinator atq; Salinæ,viii.
Sanctum quid,xiii.
Scripturæ vectigal & Scripturarius ager qui ſit,viii.
Senatũ habere,& ad Senatum referre,& Senatuſconſultum facere cui liceat,xxviii.
Sertorii virtus,xxxii.
Seruile bellum,xv.
Seruilius Iſauricus cognomento,xxxiii.
Seuerus in iudicãdo,xxi.
Syllæ in Pompeium honores,xv.
Sinope vrbs,xi.
Solutus legibus,xxxi.
Suffragii ius,xxxii.
TAnta,vii.
Tempeſtas pro ſerenitate,xxxiii.
Tẽplum pro foro,xxxiii
Tempora Ciceronis,i.
Theutoni,xxx.
Tigranocerta,xii.
Tigranis copiæ,xii.
Tranſire mare,xvii.
Tranſmittere,xvii.
Tranſmittere bellũ,xxii.
Tranſportare exercitum & ſimilia,xvii.
Trebellius,xxv.in fine.
Triarius victus,xiii.
Tribuni plebis Senatuſcõſulta examinabãt olim Romæ,xxxii.
Triumphus equitis,xv.
VAco ab hac re,& Vacuus ſum,i.
Vacuus dolorum & a doloribus.ibidem.
Vadere & euadere,xii.
Vectigales & Vectigalia iudicia,iii.
Vectigalium locatio,iiii.
Sunt nerui reip.iiii.
Vectigal ab importantib⁹ nullum,vii.
Vectigalium tria gña,viii.
Vectigal ſalis,viii.
Vere medio,xix.
Victoriæ belli comparantur ludis,xxiii.
Vilitas annonę,xxii.
Vir fortis ignoſci ſibi ſi deliquerit nõ patiť,xxi.

FINIS.

FRANCISCI

Syluii Ambiani in M. Tullii Ciceronis Orationẽ pro Lege Manilia, quæ eſt de laudibus Cn. Pompeii Magni, & de Imperatore deligendo, Commentarii luculenti.

QVum Mithridatem Regem Pōti multis prælìis terra mariq́ L. Lucullus viciſſet: eumq́ tandem in Armenia cum Rege Tigrane, ad quem confugerat, magno certamine ſuperaſſet: quum a militibus ſuis deſtitutus, tum Senatuſconſulto reuocatus bellum non confecit. Mithridate igitur prouinciis, ſociis, atque amicis po. Ro. imminẽte, C. Manilius. Trib. pl. legẽ tulit, vt Phrygia, Lycaonia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, Colchis, Pōtus, Armenia, & quotquot alia loca in prouincia Lucullus obtinebat, ea omnia cũ oĩ illius exercitu. Cn. Pōpeio mãdarentur: vt Bithynia accepta, cui tum Glabrio pręerat, aduerſ⁹ Reges Mithridatẽ & Tigranẽ dux belligerendi Pompeius declararetur: additis ei maritimis virib⁹, nualiq́ apparatu, quẽ piratico bello paulo ante ſortitus erat. Hac lege Pōpeii potentia nimiũ augeri, libertas publica prodi, Lucullus ſuarũ rerum geſtarum gloria priuari videbatur, ꝙ triũphi potius q̃ belli ſucceſſor hac lege Pōpeius decerni videretur. Quapropter Senatores multi legis promulgationi obſiſtere cõſtituerũt. Ii tñ quũ legis ꝓferẽdę dies adeſſet, plebis metu cõticuerũt ꝑter Q. Hortenſiũ & Q. Catulũ viros Conſulares, qui hanc legẽ diſſuaſerunt. Cicero autẽ contra ſuaſit hac oratione: cuius

Argumentum eſt.

PRincipio cauſam dicit cur antea conciones ad populum Ro. nõ habuerit, nũc autẽ Prætor factus habeat: ſibi lætãdũ dicit ĩ hac oratiõe prĩa ad populũ oblatã eẽ materiã copioſiſſimã, hoc ẽ de Cn. Pōpeii laudib⁹. Prĩo igiť oñdit graue & periculoſũ bellũ vectigalib⁹ ſociis po. Ro. & bonis ciuiũ a duob⁹ potẽtiſſimis Regib⁹ Mithridate & Tigrane ĩferri: deĩde belli

magnitudinem aperit,qd iidē duo Reges potētiſſimi magnis aduētitiis multorū Regū & nationū copiis adiuti adminiſtrēt Poſtremo docet ī ſūmo Imperatore illas quatuor virtutes ineſſe oportere,q̄ in Cn.Pōpeio ſūt,ſciētiā rei militaris,virtutem, authoritatē,fœlicitatē.Præter quas etiā innocētiā,cōtinētiā,tēperātiā,fidē,facilitatē,eloquētiā,hūanitatē,ī Cn.Pōpeio eē copioſe admodū ꝓbat:quē ex oībus vnū vectigales,ſocii atq; amici po.Ro.poſtulāt:quē hoſtes ꝑter cæteros metuūt. Itaq; hortatur bellū cū Mithridate & Tigrane gerēdū, Cneūq; Pōpeium haclege Manilia ei bello eſſe ꝓponēdū. Refutat primū ſētētiā Q.Hortēſii,q bellū neceſſariū eſſe & magnū, & ī Pōpeio ſūma eſſe oīa cōfeſſus eſt,negauit tamē oīa vni tribuēda eſſe. Populū Ro.iudicio ſuo Hortenſii authoritatē nō debere āteponere oſ̄dit ex bello Piratico.Legē em̄ Gabiniā,qua Cn. Pōpeio Imperiū ī piratas cōſtituebat̄,quā Hortēſius diſſuadebat,po.Ro.ſuffragiis ſuis ꝓbauit,cuius beneficio mare oīsq; ora maritima intra dies.xl.ꝓdonibus liberata eſt.A. Gabiniū Pōpeio expetēti & poſtulanti debuiſſe legari oſtēdit:illudq; improbe factum,vt vtriq; obtrectaret̄.De eo legādo ad Senatū ſe relaturū ꝓfitet̄ ſi dubitēt Cōſules aut grauēt referre.Refutat Q.Catuli ſētētiā,q legē diſſuadēs negabat oportere Pōpeiū ad bellū mitti, in quo tota ſpes ciuitatis eſſet:quē ſi amitterent,nullū eſſe reliquū, in quo reip.ſpes niteret̄.Negabat itē quicq̄ noui cōtra exēpla maiorū atq; inſtituta fieri oportere. Cicero,quū vita hoīm breuis ſit & īcerta,ea dū adeſt fruēdū eſſe dicit:oſ̄ditq; alia multa noua etiā a Q.Catulo ī Cn.Pōpeio cōſtituta fuiſſe.Hortat̄ C.Maniliū vt legē ferre pſeueret, nec vī cuiuſq̄ aut minas pertimeſcat. Poſtremo hāc cauſā a ſe ſuſceptā reip. cauſa cōfirmat. Genus cauſæ deliberatiuū ē.Suadet em̄ hāc legē ab vtilitate vectigaliū Aſiaticorū,quæ ceterarū ꝓuinciarū vectigalibus lōge anteponit.Eaq; nō mō ab hoſtiū īcurſatiōe,ſed etiā a metu hoſtiū defēdēda dicit.Suadet ab vtilitate ciuitatis Romanæ. Multi em̄ ciues Romani ī Aſia magnas pecunias collocatas hn̄t:q̄s ſi amittāt,plures ſecū ī eādē calamitatē trahent: nā creditorib⁹ ſuis ſoluere nō poterunt,nec item illi aliis.Ideoq; impedita ſo-

lutione,fides cōcidet.Suadet ab honeſtate,qđ turpe ſit Mithridatē anno.xxiiii. poſtq̄ ciues Romanos oēs q in Aſia erāt iuſſit occidi,adhuc regnare:& ita regnare,vt bellum po.Ro. faciat, quāuis de eo bis triūphatū ſit.Quo ſi mittat̄ Pōpeius,bellū cōficiet.Turpe quoq̧ eſſe dicit ſocios & amicos po.Ro.& natiōes exteras nō minus iniuriis & libidine ab Imperatoribꝰ iis,q in Aſiā miſſi ſunt, q̄ ab hoſtibus vexari. Eo ſi mittat̄ Pōpeius vir ſumma īnocētia atq̧ tēperātia,nihil tale metuēdū.Quāuis aūt oēs authores ab vtilitate & honeſtate ſuadeāt:idē tñ ordo deliberatiuæ oratiōis oībus nō eſt,qui Ciceroni in hac oratiōe eſt. Hic.n.Cicero primū vſus eſt prooemio,deinde ſuaſit,deīde cōcludēs ſuā ſentētiā dixit ,poſtremo eorū qui cōtra ſentirēt,ſentētias refutauit.T. vero Liuius & Salluſtius in huiuſmodi ſuaſoriis prooemio vti nō ſolēt,primū ab aliqua repręhēſione vel obiurgatiōe plerūq̧ incipiūt,ſi ante nullꝰ orauit,q cōtra ſentiret. Deinde quid cōtradici poſſet proponūt,idq̧ refutāt.Si quis vero ante orauit,qui cōtra ſentiret,a refutatione eius ſentētię incipiūt.Refutāt præcipue cauſas,quibꝰ is qui cōtra ſentit adductus in eā ſententiā venerit.Deinde ſenſim rationes & exēpla adducūt,quibus cōfirmēt quā dicturi ſint ſententiā:eāq̧ ſentētiā pro cōcluſione dicūt.Nec ante quę ſua ſit ſentētia dicūt.Id quū ex multis Liuianis orationibus , tū ex Cæſaris & Catonis apud Salluſtiū facile cognoſcas.Sed de hac dicēdi ratione hactenus.Huius orationis ſtylus q ſit,Cicero ſcribit in lib.de Oratore,Fuit,inquit,ornādus in Manilia lege Pōpeiꝰ.tēperata oratione ornādi copiā perſecuti ſumus.Hæc aūt oratio,quæ eſt vt de bello gerēdo,ita de Imperatore cōſtituēdo,ad Quirites habita eſt.Po.n.Ro.erat Imperatorē extra ordinē cōſtituere.Itaq̧ Cicero in Oratiōe pro domo ſu adicit Cn.Pōpeiū extra ordinē bellū cū Mithridate Tigraneq̧ geſſiſſe. Alioq Imperatoris eiligēdi iudiciū Senatus erat,vt idē ſignificat ī Vatiniū teſtē. Qꝫ aūt in vulgatis Ciceronis codicibus de Claris Oratoribus facta mētio ſit Maniliæ cuiuſdā legis,cuius peroratio, qui epilogus dicitur,tanto in honore fuit,vt eam Cicero puer ediſceret,Mamilia lex nō Manilia appellari debet,a C.Mamilio Limentano lata.De qua eſt apud Salluſtium in bello Iugurthino.

De genere dicēdi deliberatiuo.

Imperatorēquis cōſtituebat.

Ciceronis locus

PRIVILEGII TENOR.

CAutum eſt authoritate ſubregia, ne quiſquam Cõmentarios Frãciſci Syluii Ambiani hos in Orationem M. Tullii Ciceronis pro Lege Manilia triennio proximo rurſus in ampliſſimo Frãcorũ regno imprimere audeat, aut alibi impreſſos in dicto regno venũdare, aut quouis pacto diſtrahere, ſub pœna confiſcationis librorum ſic impreſſorũ & arbitraria, prę̧ter eum cui imprimendos mandauit. Mandauit autẽ hos, & plures alios Iodoco Badio Aſcenſio, tradito diplomate, ſignato manu C. V. Pariſienſis Præfecti. De la Barre.

M.T.CICERONIS
Pro lege Manilia Oratio.

QVanq̃ mihi ſemper frequẽs cõſpectus veſter multo iucũdiſſimus, hic autem locus ad agendũ ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus eſt viſus, Quirites: tamen hoc aditu laudis, qui ſemper optimo cuiq; maxime patuit, non mea me volũtas, ſed meæ vitę rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ, prohibuerũt. Nam cum antea per ætatem nondum huius authoritatẽ loci contingere auderem: ſtatueremq; nihil huc, niſi perfectũ ingenio, elaboratũ induſtria, afferri oportere: omne meum tempus amicorũ temporibus tranſmittendum putaui.

HIc locus).i. forum iudiciale, vbi cõciones ad populũ haberi ſolebãt. Ad agendum).i. ad orandũ. Inde actionẽ. Quintil. lib. xj. quam rhetoricorũ ad Herenniũ author pronunciationẽ appellat. Meæ vitæ rationes) i. propoſitũ meum, & vitæ meæ conſtitutio. Ab ineunte ætate).i. ab adoleſcentia. Per ætatem).i. quia nimium iuuenis eram. Niſi perfectũ ingenio) Eadẽ non eſt dicendi ratio ad populum & ad iudices. Populus enim delectari, iudices doceri volunt: Ad populum oratio iucundior atq; elegãtior, ad iudices ſeuerior atq; ſimplicior eſſe debet. Hæc ad vtilitatem potius, illa ad oſtentationem componi ſolet. Ideoq; Centũuiri, qui maxima ex parte imperiti ſunt, ſolicitas & accuratas actiones exigunt: ſeq; contemni putant, niſi in dicendo etiam diligẽtia appareat, nec doceri tantum ſed etiam delectari volunt, vt ait Quintilianus lib. iiij. Omne meum tempus amicorum temporibus) Cicero defendit permultos, paucos accuſauit. Temporibus) Tempora ſæpius Cicero dicit quæ ſint aſpera & difficilia & periculoſa. vt pro Milone, Bona, fortunas meas ac liberorũ meorum in communionem temporum tuorum contuli. Inde illud eſt, O tempora, o mores. Neq; hic locus &c.) Is enim locus optimo cuiq; maxime patuit. Bonos autẽ Cicero appellare ſolet, qui reipub. ſtudioſi ſint. Ideoq; fuerunt ſemper boni ciues qui in hoc loco cauſam veſtram defenderẽt. Itaq; auertit a ſe Cicero inuidiam, q; ad populum nondum orauerit.

Actio.

Oratio ad iudices qd differat ab ea quæ ad populum.

Tempora

Bonos quos Cic. vocet.

Itaq; neq; hic locus vacuus vnq̃ fuit ab his qui veſtrã cauſam defenderent: & meus labor in priuatorum periculis caſte integreq; verſatus, ex veſtro iudicio fructũ eſt ampliſſimum conſecutus. Nam quum propter dilationem comitiorum ter Prætor primus, centuriis cunctis renũciatus ſum, facile intellexi Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid aliis præſcriberetis. Nunc quum & authoritatis in me tantum ſit, quantum vos honoribus mandandum eſſe voluiſtis, & ad agendum facultatis tantum, quantũ homini vigilanti, ex forenſi vſu prope quotidiana dicẽdi exercitatio potuit afferre: certe ſi quid etiam dicendo conſequi poſſum, id iis oſtendã potiſſimum, qui ei quoq; rei fructum ſuo iudicio tribuendum eſſe cenſuerunt.

Vaco ab hac re & vacuus.

Vacuus ab ijs) Vaco hac re q̃ dicatur ignotũ non eſt. Vaco ab hac re ſæpe dicitur. Salluſtius in Cic. Cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat. Cicero lib. Tuſc. v. Sapientem ab omni concitatione animi, quam perturbationem voco, ſemper vacare. Idem lib. de diuinatione. ij. Tantũ huic ſtudio relinquẽdũ, quantum vacabit a publico officio & munere. Itidem vacuus hac re & ab hac re dicitur. Idem lib. Epiſt. ad Atticum ſecundo, Hac quidẽ cura certe iam vacuus eſt. Idem lib. Epiſt. ad Quintum Fratrẽ, Animum vacuum ab omni cura deſiderat. Idem lib. x. Si eris ab iſto periculo vacuus. Idem lib Epiſt. Famil. xj. Quum ab omni moleſtia vacuus eſſes. Idem de Claris Oratoribus de ſeipſo, Ab exercitationibus oratorijs nullus dies vacuus eſſet.

Vacuitas dolorum & a doloribus

Inde vacuitas dolorũ & a doloribus ab eodem dicitur in lib. Tuſculanarũ. v. Nihil bonum niſi vacuitatẽ doloris. Et lib. de Officijs primo, Magnitudo animi adhibenda eſt, & vacuitas ab angoribus. Meus labor) defendendi. ſ. Quintil. lib. v. docens difficilius eſſe defendere q̃ accuſare: Vt, inquit, quod ſentio, ſemel finiã, tãto eſt accuſare q̃ defendere, quanto facere q̃ ſanare vulnera facilius.

Defendendi labor.

Defenſionũ labores Cicero eandem ob cauſam dicit in lib. Tuſculanarum primo, Quum defenſionum laboribus ſenatorijsq; muneribus aut omnino aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus.

In priuatorum periculis) id eſt in reis defendendis. Inde reum Quintilianus ſæpe appellat periclitantem. Caſte) q̃ nullum munus donumve acceperim, vt in lege Cincia cautum eſt. Integre) q̃ clientis cauſam nunquam prodiderim. Ex veſtro iudicio) id eſt ex veſtra ſententia. Fructũ ampliſſimũ)

id eſt Præturā q̄uis honos ampliſſimus Cōſulatus ſit,eũ tamē Cicero per æta-
tē gerere nondũ poterat,Præturam poterat. Ter Prætor primus,cēturiis oībus
renunciatus)Cic.in lib.de Claris oratoribꝰ de ſeipſo,Nos, inquit,non deſiſteba-
mus quũ omĩ genere exercitationis,tum maxime ſtilo, noſtrũ illud quod erat,
augere,quãtũcũq; erat.atq;, vt multa omittã,in hoc ſpatio, & in his poſt Aedi Cic.Prętor
litatē annis & Prætor primus,& incredibili populari voluntate ſum factꝰ.Nã
cum propter aſſiduitatē in cauſis & induſtriam, tum propter exquiſitius & mi-
nime vulgare orationis genus animos hominum ad me dicēdi nouitate con-
uerterã.Multos maxime dignitatis viros Pręturæ cõpetitores Ciceroni fuiſſe,
hiſq; omnibus antepoſitum Ciceronē Plutarchus in eius vita ſcribit. Illa autē
comitiorũ dilatio facta eſt,aut ꝓpter cõtentiones virorũ clariſſimorũ, qui erãt
competitores:aut propter obnunciationes,quēadmodũ comitia quibus P.Clo-
dius Pręturã,& T.Annius Milo cõſulatũ petebãt,ſæpius dilata eſſe Cicero ſcri
bit in libro Epiſtolarũ ad Atticũ quarto. De Prætura & Prætorũ numero ſcri-
bimus in cõmētariis in Ciceronē de Senectute.Hic aũt ex cõmemoratione atq;
amplificatione acceptorũ beneficiorũ populi Romani beneuolentiam conci-
liat,quo facilius hanc legem ſuadeat quæ ſuffragiis Populi Rom.perferenda ſit.
Hæc autem gratitudo,& acceptorum beneficiorum prædicatio nõ parum ha-
bet momenti ad conciliandos auditorum,qui benefici fuerunt,animos. Idem
ipſum Cicero facit in diſſuaſione legis Agrariæ P.Seruilii Rulli. Prętor pri
mus)Ordo faciendi atq; renunciandi magiſtratus ad dignitatis rationē multũ
momenti afferebat.Itaq; Cicero in Piſonē,Me,inquit,cuncta Italia,oēs ordines, Renũciari
me vniuerſa ciuitas nõ prius tabella q̄ voce priorem Cõſulē declarauit. Autho Magiſtratꝰ
re eodē pro L.Murena, Seruius Sulpitius dixit ſe conſulatu digniorem q̄ Mu-
renã,quia Quæſtor & poſtea Prætor ante Murenã renũciatus eſt. Idē in Oratio
ne in C.Antoniũ & L.Catilinã cõpetitores,vt ait Aſconiꝰ,C.Antoniũ admo-
net,eum ſuo beneficio ex vltimo loco Prætureę candidatũ ad tertiũ perueniſſe.
Illaq; Ciceronis verba aſcribit, Neſcis me Prætorē primũ factum tecum ceſſio
ne cõpetitorũ,& collatione cēturiarũ,& meo maxime beneficio:te ex poſtremo
in tertiũ locũ eſſe ſubiectum? Ter Prætor primus,centuriis cunctis.) Singu-
la verba augent beneficii magnitudinē.Renũciari magiſtratus vſitate dicitur
is qui ſuffragiis populi factꝰ dicit. Quid de me iudicaretis).i. quod de me ſen
tiretis & exiſtimaretis. Quid aliis præſcriberetis)de me iudicãdũ.ſ.Nũc quum
& authoritatis)legēdũ putē,Nũc quod &c.ad hãc ſentētiã,Pręturē me feciſtis ꝓ-
pter authoritatē & eloquētiã quã ineſſe mihi putabatis.Nũc efficiam,vt in me
vtrũq; cognoſcatis. Honoribꝰ).i. Aedilitati & Prætureę. Aedilis eñi ante Cic.
fuit. Mãdandũ).i.tribuendũ.Oratorē definit M.Cato authore Quintil.vt ſit Orator.
vir bonus dicēdi peritꝰ.Eodē authore illud oratori præcipuũ eſt, vt ſit vir bo-
nus:proximũ,vt vir bonus habeatur:inde paratur oratori authoritas,quę cum
peritia dicēdi cõiũcta oratori neceſſaria eſt. Ad agēdũ).i.ad orandũ. Certe &)
certe id legendum eſſe videtur. Ei quoq; rei).i.facultati meæ dicendi.i.eloquen
tiæ. Fructũ)id eſt Præturã. Suo iudicio).i.ſuffragio,quod ex iudicio tulerunt.

Atq; illud in primis mihi lætãdum iure eſſe video, ꝙ in hac inſolita mihi ex hcc loco ratione dicẽdi, cauſa tãlis oblata eſt, in qua oratio nemini deeſſe poteſt. Dicendum eſt enim de Cn. Pompeii ſingulari eximiaq; virtute. Huius autem orationis difficilius eſt exitum, q̃ principium inuenire. Itaq; mihi non tam copia, quam modus in dicendo quærendus eſt.

Atq; vt inde oratio mea proficiſcatur, vnde hæc omnis cauſa ducitur: Bellũ graue & periculoſum veſtris vectigalibus atq; ſociis, a duobus potẽtiſſimis regibus infertur, Mithridate & Tigrane. Quorũ alter relictus, alter laceſſitus, occaſionẽ ſibi ad occupandã Aſiam oblatam eſſe arbitratur. Equitibus Romanis, honeſtiſſimis viris, afferuntur ex Aſia quotidie literæ, quorum magnæ res agũtur in veſtris vectigalibus exercẽdis, occupatę: qui ad me pro neceſſitudine, quæ mihi eſt cũ illo ordine, cauſam Reipub. periculaq; rerũ ſuarũ detulerunt: Bithyniæ, quæ nunc veſtra prouincia eſt, vicos exuſtos eſſe complures: Regnũ Ariobarzanis, quod finitimum eſt veſtris vectigalibus, totum eſſe in hoſtiũ poteſtate: Lucullum magnis rebus geſtis ab eo bello diſcedere: huic qui ✱ ſucccederet, nõ ſatis eſſe paratũ ad tantũ bellum adminiſtrandũ. Vnum ab omnibus ſociis & ciuibus ad id bellum, Imperatorem depoſci atq; expeti: eũdem hũc vnũ ab hoſtibus metui, prętcrea neminẽ. Cauſa quæ ſit, videtis: nunc quid agendum ſit, conſiderate.

✱ Succurreret alii ſuccurrerit.

Diuiſio.

Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore deligendo, eſſe dicendũ. Genus eſt enim eiuſmodi, quod maxime veſtros animos excitare, atq; inflammare debet.

Illud).i.propter id quod ſequitur.Finito procemio quid dicturus ſit oſtendit. In qua)videlicet cauſa. Oratio nemini deeſſe poteſt) male legunt quidam oratione. Modus).i.exitus & finis & moderat'vius. Atq; vt inde oratio mea &c.) Breuiter narrat, vt doceat bellũ cũ Mithridate & Tigrane gerendum eſſe.

Vectigalibus)id eſt his prouincialibus qui in prouincijs veſtris ſunt vectigalia ſoluentibus. Vectigales homines,atq; prouinciæ dicuntur. Vectigalia ſunt & priuata & publica. Alter relictus)Mithridates bello non confecto a Lucio Lucullo relictus eſt.Mithridates enim poſtq̃ in Ponto a Lucullo victus eſt,rerum ſuarum deſperatione coactus, ad Tigranem Armeniæ regem confugit. Idem Lucullus vtrunq; regem cum immenſis copijs in Armenia multis prælijs vicit.Ne bellum conficeret,ſeditio militum cauſa fuit,qui ſequi noluerunt, vt ait Tit.Liuius lib.xcvij.&.xcviij.Ei abrogatum imperium Plutarchus in eius vita ſcribit,de quo poſtea amplius. Equitibus Romanis)Publicani enim decumani,aratores,paſcuarij,alijq; qui populi Romani vectigalia conducebãt,ex equeſtri ordine erant.Ex eo ordine,quia nonnulli ſordidi erant & auari, qui ad ſe id ſcriptum ſimulare poſſent,vt de conductorum vectigalium precio aliquid condonaretur,ideo dicit hos honeſtiſſimos viros.Quorum videlicet equitum,non quarum literarum,magnæ res aguntur. Magnæ res).i.diuitiæ .Ea enim vectigalia non niſi magno conduci ſolebant.itaq; ea conducebant,qui erant locupletiſſimi.Hi autem erant equites Romani. In veſtris vectigalibus exercendis)Vt paulo poſt,Quo tandẽ animo eſſe exiſtimatis aut eos qui vectigalia vobis penſitant,aut eos qui exercent atq; exigunt? Exercere vectigalia dicuntur ij qui vectigalia conduxerunt,eaq; aut ipſi,aut eorũ nomine alij colligunt. Ideoq; colligendis vectigalibus præſunt. Vt Cicero pro Publio Sylla,exercere iudicium dixit pro præeſſe iudicio. Hoc,inquit,Prætore exercente iudicium patiamini de ſtudijs humanitatis ac literarum paulo loqui liberius. Magnæ res aguntur) id eſt agitur de magnis rebus. Occupatæ)a Mithridate & Tigrane. Mihi eſt cum illo ordine)Nam Cicero ex ordine equeſtri erat. Quæ nunc veſtra prouincia eſt) Nicomedes Bithyniæ rex a Lucio Sylla regno reſtitutus eſt.vnde a Mithridate pulſus fuerat.Is non multis poſt annis moriens populum Romanum fecit hæredem, regnumque eius in prouinciæ formam redactum eſt, vt ait Liuius libro nonageſimotertio. Regnum Ariobarzanis) id eſt Cappadociam. Huic qui ſuccurrerit) Alij legunt ſuccurreret:niſi ſit ſuccurreret ſuccederet,mihi legendum videtur ſuccederet. Præterea).i.præter eum neminem. frequens apud Ciceronem locutio. Vnum)Pompeium. Ciuibus)qui in Aſia negocientur,& vectigalia colligant Cauſa) id eſt quæſtio ea de qua laturi ſuffragium eſtis. Admonet quæ dixerit,quæ dicturus ſit: per partitionem propoſuit,quo cauſa ſit facilior,& auditores attentiores. Huius autem partitionis tres ſunt partes.Id Ciceroni familiare eſt,vt in huiuſmodi orationum partitionibꝰ tria membra ſint,vt pro Roſcio,pro Cluentio,pro Murena, quanuis non ſæpe vtatur partitione,

Vectigalis.

Exercere vectigalia. & iudicia.

Bithynia Pop.Ro. prouincia.

In quo agitur populi Romani gloria, quæ vobis a maioribus cum magna in rebus omnibus, tum ſumma in re militari tradita eſt. Agitur ſalus ſociorum atque amicorum, pro qua multa maiores veſtri magna & graui a bella geſſerunt. Aguntur certiſſima populi Romani vectigalia, & maxima: quibus amiſſis, & pacis ornamenta & ſubſidia belli requiretis. Aguntur bona multorum ciuium, quibus eſt a vobis, & Imperatoribus Reip. conſulendum. Et quoniam ſemper appetentes gloriæ, præter cęteras gentes atq; auidi laudis fuiſtis, delenda eſt vobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta: quæ penitus iam inſedit, atq; inueterauit in populi Romani nomine: ꝙ is qui vna die tota Aſia, tot in ciuitatibus, vno nuncio, atq; vna ſignificatione literarum, ciues Romanos necandos trucidandosq; denotauit: non modo adhuc pœnam nullam ſuo dignam ſcelere ſuſcepit, ſed ab illo tempore tertium iam annum & viceſimum regnat: & ita regnat, vt ſe non Ponto, neq; Cappadocię latebris occultare velit, ſed emergere e patrio regno, atq; in veſtris vectigalibus, hoc eſt in Aſiæ luce verſari. Etenim adhuc ita veſtri cum illo Rege cõtenderunt Imperatores, vt ab illo inſignia victoriæ, nõ victoriam reportarent. Triumphauit L. Sylla. triumphauit L. Murena de Mithridate, duo fortiſſimi viri, & ſummi Imperatores: ſed ita triumpharunt, vt ille pulſus ſuperatusq; regnaret. Veruntamen illis Imperatoribus laus eſt tribuenda, quod egerunt: venia danda, quod reliquerunt. Propterea ꝙ ab eo bello Syllam in Italiam Reſpublica, Murenam Sylla reuocauit.

Agitur ſalus) Melius & vſitatius, q̄ agitur de ſalute. Pro quā multa) idem poſtea Cicero dicit, Si propter ſocios, nulla ipſi iniuria laceſſiti maiores veſtri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, Poenis bella geſſerunt, quāto vos ſtudio conuenit iniurijs prouocatos ſociorum ſalutē vna cum imperii veſtri dignitate defendere. Certiſſima vectigalia) Cicero Actione in Verrem. v. Vectigaliū quæ imponantur prouinciis duo eſſe genera dicit: vnū quod certū eſt, quod ſtipēdiarium dicitur, vt Hiſpanis & pleriſq; Poenorum impoſitū, quaſi victoriæ pręmium ac poena belli. Id autē certū ideo dicitur, q̄ certum & definitum in annos omnes impoſitum ſit. Alterum, quod cenſoria locatione conſtitutū eſt, vt in Aſia lege Sempronia. Cenſores enim locabāt vectigalia, nec vſq̄ locare licebat niſi Romæ, niſi in po. Ro. cōcione, vt ſcribit Cicero in diſſuaſione legis Seruilię Rulli. Hæc autē non certo eodemq; precio ſemper locabantur. Hic autē certiſſima vectigalia aliter appellat, ea videlicet quæ deuictæ nationes parere ſolitæ ſoluant, aut quæ ab hoſtium incurſu liberæ ſint.

Vectiga lia eorūq; loca tio.

Et pacis) Vectigalia neruos reipublicæ poſtea Cicero, & contra Rullum in Senatu ſubſidia belli & ornamenta pacis, & in M. Antoniū lib. v. Infinitam pecuniā neruos belli appellat. Itaq; idem ad M. Brutū ſcribit, Maximū in republica nodū inopiam rei pecuniariæ. Philippus Macedo omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quę modo aſellus onuſtus auro poſſit aſcendere. vt ait Cic. ad Atticum lib. Epiſt. j.

Vectigalia nerui reipu blicæ.

Requiretis) id eſt deſiderabitis. Vna die tota Aſia Mithridatis iuſſu poſtq̄ Aſiā occupauit, quicquid ciuiū Ro. in ea fuit trucidatū eſt, vt ait T. Liuius lib. lxxviij. Authore Appiano in libro qui Mithridaticus inſcribitur, ad omnium Aſię vrbiū primores literas Mithridates ſcripſit, vt triceſimo die quo ſcriptæ erant literæ omnes Romanos Italoſq; cum vxoribus & liberis interficerent, atq; inſepultos abijcerent. id facientibus præmiū: contra vero poenam propoſuit. C L. millia ciuium Romanorū occiſa eſſe Plutarchus ſcribit in vita Syllæ.

Mithridatis in Ro. ciues crudelitas.

Trucidandoſq;) Trucidare magis inuidioſum q̄ necare. Egerunt) i. agitauerunt & vexauerunt Mithridatem, eūq; pacis conditiones accipere coegerunt. Quod reliquerunt) i. quod eſt perſecuti nō fuerunt. Syllam in Italiam reſp.) Quum Cinna, Carbo, Sertorius, Marius, vrbem Romam hoſtilem in modū vaſtantes multos viros clariſſimos, qui eſſent patricij necarent, a bello Mithridatico Sylla reuocatus eſt: is igitur cum Mithridate pacem illis conditionibus fecit, vt Aſia Bithynia, Cappadocia, Mithridates excederet: in Pontum finibus regni paterni contētus ſe referret, omnē eius belli impēſam a Romanis factam integre perſolueret, vt ſcribunt T. Liuius lib. lxxxiij. & Appianus in Mithrid. Adiungit Plutarchus in vita Syllæ, vt. lxx. naues æratas cum apparatu & armamētis Syllæ Mithridates traderet, vtq; Mithridatem Sylla po. Ro. ſocium decerneret. L. Murena a Sylla relictus cum duabus legionibus, vt reliqua Aſiæ componeret. primū leuibus quibuſdam prælijs triumphi cupiditate, deinde grauioribus Mithridatis regnum laceſſebat. Sylla quum indignum arbitraretur Mithridatem, cū quo foedus po. Ro. eſſet, oppugnari, ad Gabinum miſit, qui Murenam Ariobarzane & Mithridate reconciliatis reuocaret, vt ait Appianus.

Syllæ cum Mithridate foedus.

Mithridates autẽ omne reliquum tempus, non ad obliuionẽ veteris belli, ſed ad comparationem noui contulit. Qui poſtq̃ maximas ædificaſſet ornaſſetq; claſſes, exercituſq; permagnos, quibuſcunq; ex gẽtibus potuiſſet, cõparaſſet, Boſphoraniſq; finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet, vſq; in Hiſpaniam Legatos * e Lebetanis miſit, ad eos duces, quibuſcum tum bellum gerebamus: vt cum duobus in locis diſiunctiſſimis, maximeq; diuerſis, vno conſilio, ab vnis hoſtium copiis bellũ terra mariq; gereretur, vos ancipiti cõtentione diſtracti, de imperio dimicaretis. Sed tamen alteriꝰ partis periculum, Sertorianæ atq; Hiſpanienſis, quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeii diuino conſilio ac ſingulari virtute depulſum eſt. In altera parte ita res ab L. Lucullo ſummo viro eſt adminiſtrata, vt initia illarum geſtarum magna atq; præclara, non felicitati eius, ſed virtuti: hæc autem extrema quæ nuper acciderũt, non culpæ ſed fortunę tribuẽda eſſe videant.

* Ab Ecbatanis.

Boſphoranis) Mithridates bellum facturus poſtq̃ Sylla Romam redijt, claſſem inſtruxit, ac permagnum exercitum comparauit. Eius apparatus ita magnus erat, vt fama ſubito exierit in Romanos non in Boſphoranos exercitũ parari, quod non omnem Cappadociam Ariobarzani reſtituerint. At Mithridates reuocato Murena, Boſphorum in ſuam poteſtatem redegit, eiq; filiũ Macharem Regem præfecit. Author eſt Appianus. E Lebetanis) Hic locus mendoſus eſſe videtur, q Lebetanos aut Lebetana in Aſia fuiſſe non arbitrer. In codicibus alijs lego, ab Ecbatanis. Ecbatana autem caput Mediæ erant, quam vrbem Rex Seleucus condidit, vt Plinius libro ſexto ſcribit. Quod autẽ Iuccetanis Scopa legat, tanq̃ ad Iaccetanos Hiſpaniæ populos, apud quos cum Sertorio Pompeius bellum gerebat, Legatos Mithridates miſerit, id mihi cohærere non videtur. Nam quod in Hiſpaniam dixerit, ſatis eſt. Ab Ecbatanis ſi. ſi legas, ita intelligas, vſq; ab Ecbatanis Legatos in Hiſpaniam miſit. Vt pro Deiotaro, Qualis Rex Attalus in P. Africanum fuit, qui magnificentiſſima

doña,vt ſcriptum legimus,vſq; ad Numantiam miſit ex Aſia: vt ex viæ lon-
ginquitate rei magnitudo augeatur. Vſque in Hiſpaniam) vt paulo poſt,
Quum ad eum vſq; in Pamphyliam Legatos deprecatoreſq; miſiſſent. Lega-
tos miſit ad Sertorium Mithridates in Hiſpaniam,per quos pecuniam ſe & na
ues daturum pollicebatur, petebatq; vt Aſia ſibi concederetur.Icto fœdere,Mi
thridates Sertorio naues,quadraginta & tria milia talentum dedit.Eidem Ser-
torius Cappadociam & Bithyniam conceſſit, miſitq; milites cum duce M.Ma
rio Senatore ſed exulante.Author eſt Plutarchus in vita Sertorii. Appianus
hunc ducem M.Varum appellat,eiq; adiunctos L.Manium & L.Fannium cõ
ſilii participes dicit. Diſiũctiſſimis)id eſt remotiſſimis, vt in oratione pro M. Diſiunctiſ-
Marcello,Nec vero diſiũctiſſimas terras citius cuiuſq̃ paſſibus potuiſſe peragra ſima loca.
ri,quam tuis non dicam curſibus ſed victorijs illuſtratæ ſunt. Vno conſilio)
ꝙ Mithridatis & Sertorij fœderatorum vnum conſilium eſſet,vnæque copię,
qui Mithridati ſuadebant vt ad Sertorium Legatos mitteret.ij negabant Ser-
torio rei militaris duce peritiſſimo & maximo Rege Mithridate cõiunctis po-
pulum Romanum locis duobus laceſſitũ tanta ingenia tamq; potentia poſſe
ſuſtinere. De imperio)id eſt voſne an Mithridates & Sertorius imperarent.
Vel dimicaretis de imperio)id eſt contenderetis,quos Imperatores in Mithri
datem & Sertorium mitteretis. Cn.Pompeij diuino conſilio)Hoc dicit:nam
Pompeium hac oratione ſuſcepit laudibus ornandum.Q.autem Sertorius de
ſertus proditusq; in conuiuio a M.Antonio & M.Perpenna coniuratis occiſus
eſt.Cædis modus apud Plutarchum eſt. Initia illa geſtarum rerum)Lucullus
enim Conſul cum Mithridate prælijs equeſtribus feliciter pugnauit,expedi-
tiones aliquot proſperas fecit,cum eodem in Ponto pugnans millia hoſtium
ampliꝰ.lx.cecidit:eumq; rerum ſuarum deſperatione ad Tigranem Armeniæ
regem confugere coegit: in Armenia vtrunq; Regem cum immenſis copijs
vicit.Author eſt T.Liuius. Virtuti)id eſt animi magnitudine. Hæc autem
extrema)ꝙ milites parere noluerint,ideoq; Tigranem & Mithridatem perſe-
qui non potuerit,ꝙ inimicorum ſermonibus auaritiam eius & imperandi cu-
piditatem,& belli protractionem incuſantium in inuidiam popu.Ro.adductꝰ
ſit:quod ei abrogatum ſit imperium, quæ amplius ſcripta ſunt apud Plutar-
chum in vita Luculli & apud Appianum. Non culpæ ſed fortunæ)Illud plu
rimis hiſtoriarum monimentis teſtatum eſt,fortunam belli proſperam nemi Fortunæ
ni vnq̃ fuiſſe perpetuam:ſed alios ab ea citiꝰ,alios tardiꝰ deſtitui. Themiſtoclē, belli.
Alexandrum,Pyrrhum,Annibalem,duos Africanos,Pompeium,Cæſarem
alioſq; innumerabiles animo tibi propone.Amplior enim gloria eſt quæ vir-
tute q̃ quæ felicitate parta ſit.Itaq; Timotheus Cononis filius rerum ſua virtu
te geſtarum gloriam ab æmulis & obtrectatoribus ad fortunæ benignitatem
referri grauiter ferebat.Sed de hac re poſtea ampliꝰ.Ii aũt in exilio mortui ſũt,
aut miſere necati.De hac fortunæ Luculli mutatione Plutarchus in eius vita
ſcribens.Huc,inquit,vſq; cum Lucullo Fortuna militaſſe proſperaſq; ſemper

eius conſilijs auras præſtitiſſe viſa eſt. At poſtea, quis egregiam prudentiſſimi viri atq; fortiſſimi imperatoris virtutem oſtenderit, is tamen aduerſo ſemper vento ſpirante in altum fruſtra contendens nullum ſuarum rerum geſtarum gratiam, nullam gloriam conſecutus eſt. Cæterum ſuperiores illę, quas omniū mortalium conſenſus ſibi vendicauerat laudes, prope modum defluxere.

Sed de Lucullo dicam alio loco, & ita dicam, Quirites, vt neq; vera laus ei detracta oratione noſtra, neque falſa aut ficta eſſe videatur: Sed pro veſtri imperii dignitate atque gloria (quoniam is eſt exorſus orationis meæ) videte quem vobis animum ſuſcipiendum putetis. Maiores ✶ veſtri ſæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis, bella geſſerunt, vos tot ciuium Romanorum milibus, vno nuncio, atq; vno tempore necatis, quo tandem animo eſſe debetis? Legati q; erant appellati ſuperbi⁹, Corinthum patres ✶ veſtri, totius Græciæ lumen, extinctam eſſe voluerũt: vos eum regem inultum eſſe patiemini, qui Legatum Pop. Romani, Conſularem, vinculis ac verberibus, atq; ſupplicio excruciatum necauit? Illi libertatem ciuium Rom. imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis? Ius legationis verbo violatum illi perſecuti ſunt: vos legatum populi Romani omni ſupplicio interfectum ✶ relinquetis? Videte ne vt illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam relinquere: ſic vobis turpiſſimum ſit, illud quod accepiſtis, tueri, & conſeruare non poſſe.

✶noſtri

✶noſtri

✶inultum

Alio loco) In hac ratione. Exorſus) id eſt contextus & tanquam filum. Nauiculatores hic appellari exiſtimo eos, qui nauium domini, cum ſuis nauibus operam ſuam conducunt ad merces vehendas. Quos eoſdem nauicularios Cicero appellat Actione in C. Verrem ſeptima, Malo, inquit, te iſti generi hominum, quam mercatoribus & nauiculariis inimicum atque

Nauiculatores & nauicularii.

infeſtum putari.Idem,Quot bella maiores noſtros & quanta ſuſcepiſſe arbitra
mini,ꝙ ciues Romani iniuria affecti,ꝙ nauicularij retenti, ꝙ mercatores ſpo-
liati dicerentur: Idem actione quarta, Aut publicæ ciuitates iſtos honores na-
bant,aut ſi generatim homines,vt aratores, vt mercatores,vt nauicularij. His
omnibus in locis cum mercatoribus nauicularios coniungit, tanquam merca-
tores ſint mercium domini,nauicularij mercium vectores. Idem Actione ſe-
ptima,nauiculariam facere, pro eo quod eſt ex huiuſmodi vectura quęſtum fa- Nauicula-
cere dicit,Quid eos loqui qui videbant,quid exiſtimare eos qui audiebant arbi- riam facere
trabare: Inanem te nauem in Italiam deducturum,nauiculariam te,quum Ro
mam veniſſes,eſſe facturū: Maiores veſtri) A minore ad maius ſuadet bellū
cum Mithridate eſſe ſuſcipiendum.Imperii veſtri, maiores veſtri patres veſtri,
aliaque generis eiuſdem cur hic ſępe dicat Cicero, tanquam non ſit ex ordine
eorum ad quos dicat(is enim ex ordine equeſtri ad plebem dicit)quum in alijs
orationibus,vtpote iudicialibus maiores noſtros,imperium noſtrum,patres no
ſtros dicere ſolitus ſit:id eſſe arbitror,vt auditorum beneuolentiam ſibi facilius
conciliet,Romanę enim Reipublicę adminiſtratio popularis erat.Populus Ro
manus ſuis ſuffragijs magiſtratus faciebat,qui rempub.nomine ſuo adminiſtra
rent.Populi Romani iuſſu pacem & bellum Conſules faciebant.Summam de
niq; poteſtatē populus Romanus habebat. Plebs enim veluti ſi a cætero po-
pulo abrupta eſſet,patriam ſuam, remq; publicam ſibi peculiarem fecit, vt L.
Quintius Cincinnatus in oratione ad plebem dicit apud T. Liuium libro ter
tio. Quod erant appellati ſuperbius)Poſt bellum Punicum tertium,& an-
te bellum Nummantinū Corinthus a L. Mummio funditus euerſa eſt. Hic Corinthus
Cicero dicit propter Legatos ſuperbius appellatos. Strabone libro octauo au- euerſa.
thore quidam Corinthii in prętereuntes populi Romani Legatos e tectis ſor
des infuderunt. Cicero in libro de Officijs tertio,Corinthum diſturbatam fuiſ
ſe dicit ſpecie vtilitatis.Hęc enim vrbs,vt ait Eutropius,omnium vrbium lon
ge opulētiſſima fuit. Superbius)id eſt multum ſuperbe:vt ante,iniurioſius, id
eſt multum iniurioſe. Patres veſtri)Patres Cicero appellare ſolet,qui paulo an
te ſuam ætatem fuerunt,vt qui multo ante maiores. Corinthum totiꝰ Græ-
cię lumen)Appoſitio eſt, qua Liuius multo ſepius q̃ Cicero vtitur. Rara enim
apud Ciceronem eſt,familiaris poetis. Legati ꝙ erant appellati &c.) A mino-
re ad maius,vti poſtea,ſuadet bellum cum Mithridate ſuſcipiendum.Legatum Appoſitio
popu.Roma.)ante Syllę aduentum in Aſiam, paulo anteq̃ Romani omnes in oratori in-
Aſia iuſſu Mithridatis necarētur.Manium Attilium qui legationis & belli hu frequens.
ius cauſa fuerat Mithridates compræhendit,eumq; in aſino hęrentem vinctū Manius
traduci iuſſit præcedente tibicine,qui ſpectantes admoneret eum eſſe Manium Attilius.
Eius os,auaritiam Romanis obijciens,auro oppreſſit,vt ait Appianus. Aqui-
lium nō Attilium in Liuii codicibus lego. Excruciatum necauit)id eſt excru-
ciauit & necauit. Illis pulcherrimum fuit)Enthymema eſt ex pugnantibus.

Nam cæterarũ prouiciarum vectigalia Quirites, tanta ſunt, vt his ad ipſas prouincias tutandas, vix contenti eſſe poſſimus. Aſia vero tam opima eſt & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum,

Certum Cn.Pompeium. Alium)id eſt L.Lucullum.. Non audent metuẽtes nequid vos offendant. Vnum virum)Pompeium. Omnia ſumma) vt virtus, vt rei militaris ſcientia, vt felicitas, vt alia generis eiuſdem, quæ Imperatoris dignitatem exornent. Quo etiam carent ægrius)id eſt quem etiam magis deſiderant. Ad maritimum bellum. Quum piratarum ingens multitudo mare vrbeſq; maritimas etiam Italiæ ita infeſtaret, vt omne annonæ cõmercium intercluderet, Cn. Pompeius Gabinia lege contra piratas Imperator factus eſt, quos incredibili celeritate atq; felicitate deuicit. Nam intra.xl.diem toto mari eos expulit. Eos in Cilicia per vrbes & colonias diſtribuit, iiſq; agros aſſignauit. De hoc piratico bello Plutarchus in vita Pompeii permulta ſcribit.

Tametſi ad bellum maritimum venerit)nõ ad bellum Mithridaticum. Hac de re amplius paulo poſt Cicero dicet, quum Pompeii innocentiam laudabit.

Repreſſos)metu Pompeii. Cilicia enim in Aſia eſt. Hoc etiam magis quam cæteros dignos exiſtimetis.id eſt Hoc idem poſtea Cicero dicet amplius. Maritimum bellum & exercitum pro nauali, vt pedeſtre pro terreſtri dici in commentariis in Ciceronem de Senectute ſcribimus. Naualе bellum paulo poſt appellat. Si propter ſocios)Suadet a minore ad maius. Contra Philippum Macedoniæ Regem Romani bellum ſuſceperunt cauſa Athenienſium ab eo obſeſſorum, vt eſt apud T.Liuium lib.xxxi. In hoc bello victores Græciȩ libertatem a Philippo ereptam reſtituerunt. Et Græciæ quum Antiochus Syriæ Rex & Aetoli bellum facerent aduerſus eos Romani bellum ſuſceperunt, vt idem ait libro.xxxv. Primum bellum Punicum illud habuit initium, quod contra Carthaginenſes & Hieronem Syracuſanorum Regem auxilium Mamertinis ferendum Senatus cenſuit, vt ait Liuius libro.xvi. Cum Antiocho &c.)Hic Cicero contra morem ſuum ordinem temporum non ſeruat. Primum enim bellum fuit cum Pœnis, deinde cum Philippo, poſtremũ cum Antiocho & Aetolis. Hunc autem Philippũ vt intelligas eum qui Alexandri pater fuit, in quẽ Demoſthenis Philippicæ ſunt. Hic enim multo poſt fuit. Tanta)id eſt tam parua. Vix contenti eſſe poſſimus)id eſt vix ſufficient. Varietate fructuum) vt vini, olei, aliarumq; rerum. Magnitudine paſtionis)Ex Pratorum enim publicorum locatione vectigalia populus Romanus percipiebat. Ea qui cõducebant cauſa paſcendi pecoris, paſcuarii dicebantur.

Exẽplorũ citãdorum ratio.

Tanta.

Paſcuarii.

quæ exportãtur, facile omnibus terris antecellat. Itaq; hæc vobis prouincia, Quirites, ſi & belli vtilitatem, & pacis dignitatem ſuſtinere velitis, non modo a calamitate, ſed etiam a metu calamitatis eſt defendenda. Nam cæteris in rebus cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur. At in vectigalibus non ſolum aduentus mali, ſed etiam metus ipſe affert calamitatem. Nam cum hoſtium copiæ non longe abſint, etiam ſi irruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agri cultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. Ita neque ex portu, neque ex decimis, neque ex ſcriptura vectigal conſeruari poteſt. Quare ſæpe totius anni fructus vno rumore periculi, atque terrore belli, amittitur. Quo tandem animo eſſe exiſtimatis, aut eos qui vectigalia vobis penſitant, aut eos qui exercent, atque exigũt: cum duo reges cum maximis copiis prope adſint: cum vna excurſio equitatus, perbreui tẽpore totius anni vectigal auferre poſſit: cũ publicani familias maximas, quas in ſalinis habẽt, quas in agris, quas in portubus atq; cuſtodiis, magno periculo ſe habere arbitrentur? Putatis ne vos illis rebus frui poſſe, niſi eos qui vobis fructuoſi ſunt, conſeruaueritis, non ſolum (vt antea dixi) calamitate, ſed etiam calamitatis formidine liberatos? Ac ne illud quidem vobis negligendum eſt, quod mihi ego extremum propoſueram, cum eſſem de genere belli dicturus, quod ad multorum bona ciuium Ro. pertinet, quorum vobis pro veſtra ſapientia, Quirites, habenda eſt ratio diligenter.

Quæ exportantur) Vectigal ex portu nullum exigebatur, niſi quum mer-

tes ex prouincia exportarentur. Hęc ratione prouincia opulentior erat: quippe quum ex ea non tam multa exportarentur, in eamq; plura importarentur. Id autem vectigal portorium dicitur. Cicero Actione.iiij.in Verrem, Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam veſtem Melitenſem, plurimam ſtragulam, multam Deliacã ſupellectilem, plurima vaſa Corinthia, magnum numerum frumenti, vini, mellis maximũ, Syracuſis exportaſſe. His pro rebus quod portorium non eſſet datum, literas ad ſocios miſiſſe L. Canuleium, qui in portu operas daret. Et belli vtilitatem) Vectigalia enim ſunt belli ſubſidia & pacis ornamenta. Pecora relinquuntur) Tribus ex rebus vectigalia Romanos percipere ſolitos ſignificat hic ſæpius, ex paſtione, ex agricultura, & ex rerum exportatione. Paſcua enim publica agroſq; publicos, quibus multati fuerant hoſtes, & portorium publicani conducebant. Vt portorium ex portu vectigal eſt, ita decumæ ex agricultura, & ſcriptura ex paſtione eſt. Inde decumanum frumentum authore Aſconio in Ciceronis Diuinationem, dicebatur id quod exigebatur ab aratoribus ſine precio. Decumas autem pro decimis dicimus, vt optumum, peſſumum, maxumum: pro optimo, peſſimo, maximo, veteres dixerunt. Nam ſcripturarius ager publicus eſt, in quo vt pecora paſcantur certum æs eſt, dictus, quia publicanus ſcribendo conficit rationem cum paſtore, vt ait Sextus Pompeius. Eorũ qui paſcua publica conducebant ratio, ſcriptura dicebatur, vt ait Aſconius in diuinationem Ciceronis. Eos) id eſt Aſiaticos.

Vectigal ab importantibus nullũ Portorium

Vectigaliũ tria gnã.

Portoriũ. Decumæ. Scriptura.

Decumanũ frumentum.

Scripturarius ager.

Qui penſitant) id eſt ſoluunt. In ſalinis Romæ) tempore regum ſalis vectigalia exigebantur hac, vt arbitror, ratione, qua fit in Gallia, vt nemini vendere liceat, niſi qui vectigal redemerit & conduxerit. Id autem ad conciliandam plebem eiectis Regibus Senatuſconſulto ſublatum eſt. Titus. Liuius lib.ij. Salis, inquit, vendendi arbitrium, quia immenſo precio vænibat in publicum, omni ſumptu ademptũ priuatis, portorijs quoq; & tributo plebe liberata. Poſtea vectigal nouum ex annona ſalaria populo Ro. impoſitum a Cenſore M. Liuio, cui ob id Salinatori cognomen factum eſt. Idem lib.xxix. ſcribit. Vlpianus quoque libro Digeſtorum.l. titulo de verborum & rerum ſignificationibus, ſalinarum eſſe vectigal dicit. Publica, inquit, vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit: quale eſt vectigal portus, vel venalium rerum item ſalinarum, & metallorum & piſcariarum. Eſt tamen quod mihi facile perſuadeam locum hunc emendatum non eſſe, quod de ſalario vectigali ante Cicero locutus non ſit, quod ex Aſia ſalarium vectigal exactum non putem. Ideoq; de vectigali ex paſtione locus intelligendus eſt: quare in ſalictis, aut in ſyluis, aut in paſcuis legendum mihi videtur. Quas habent ad exigenda vectigalia. Frui) id eſt fructum capere. Fructuoſi ſunt, id eſt fructus afferunt. Conſeruaueritis liberatos) id eſt liberaueritis & conſeruaueritis, vt ante, excruciatũ necauit. Quod mihi ego) Auditores facit attentos. Id fit, quum ſignificamus nos aliquid commodiore loco reſeruaſſe.

Salis vectigal.

Salinator & Salina.

Frui quid ſit.

Nam & publicani homines & honeſtiſſimi & ornatiſſimi, ſuas rationes & copias in illam prouinciam cõtulerunt: quorũ ipſorum per ſe res & fortunæ curæ vobis eſſe debẽt. Etenim ſi vectigalia, neruos Reipublicę eſſe ſemper duximus, eũ certe ordinẽ, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinũ recte eſſe dicemus. Deinde cæteris ex ordinibus homines gnaui, & induſtrii, partim in Aſia negociantur, quibus vos abſentibus conſulere debetis: partim eorum in ea prouincia pecunias magnas * collatas habent. Erit igitur humanitatis veſtræ, magnum eorum ciuium numerũ calamitate prohibere: ſapientiæ, videre multorũ ciuium calamitatem a Republica ſeiunctam eſſe non poſſe. Etenim illud primũ parui refert, vos publicanis * amiſſis, vectigalia poſtea victoria recuperare. Neq; enim iiſdem redimendis facultas erit, propter calamitatẽ: neq; aliis voluntas, propter timorem. Deinde, quod nos eadem Aſia atq; Mithridates initio belli Aſiatici docuit id, quod certe calamitate docti, memoria retinere debemus. Nam tum, cum in Aſia res magnas permulti amiſerunt, ſcimus Romæ ſolutione impedita, fidem concidiſſe. Non enim poſſunt vna in ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, vt non plures ſecum in eandem calamitatem trahãt. A quo periculo prohibete Rempublicã, & mihi credite id, quod ipſi videtis. Hæc fides, atq; hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro verſatur, implicita eſt cum illis pecuniis Aſiaticis, & cohæret. Ruere illa non poſſunt, vt hæc non eodem labefactata motu, concidãt. Quare videte, num dubitandum vobis ſit, omni ſtudio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis veſtri, ſalus ſo-

* collocatas.

* amiſſa vectig.

veſtri, ſalus ſociorum, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum ciuium, cum Republica defenduntur.

Suas rationes & copias in illam prouinciam contulerunt) Nam tanti vectigalia veſtra conducunt, vt omnes eorũ fortunæ in vectigalibus veſtris collocatæ ſint. Homines naui) id eſt, impigri & diligentes. vt contra ignauos appellari Donatus in Andriã Terentii dicit eos qui vim ferre non poſſint: ideoq; nec ſunt perſeuerantes. Induſtrij) id eſt laborioſi. Eo enim nomine induſtrios homines appellari, Cic. in lib. Tuſcul. ij. dicit. Partim eorũ) qui. ſ. Romæ ſunt. — Nauus. Ignauus. Induſtrius.

Collatas habent) in ratione negociatorum ſcilicet: quibus male conſuletur, ſi res ſuas negociatores amittant. Numerum) id eſt multitudinem. vt magnũ frumenti numerum dicit, Actione in Verrem. v. Cuius iudicij metu magnus a multis frumenti numerus ablatus, magnæq; pecuniæ coactæ ſunt, Et in libro de Officiis. iij. Vir bonus ab Alexandria profectus, Rhodum magnum frumẽti numerum aduexerit. Prohibere calamitate dicit, vti pro A. Cecinna, Q; multitudine coacta non introitu, ſed omnino aditu quempiam prohibuerit. Et lib. de Officijs. iij. Vrbis vſu prohibere peregrinos, ſane inhumanum eſt. Paulo tamen poſt Cicero dicit a periculo prohibere Rempub. Multorum ciuium) etiã eorum qui in vrbe ſunt. Multorum ciuium calamitatem &c) id eſt ſi multi ciues incommodum accipiant, id eſt incommodum ad rem quoq; publicam peruenire. Illud primum parui refert) Vel ironia eſt, vel interrogatio. Publicanis amiſſis) Amiſſa non amiſſis legendum arbitror, vt ſit publicanis datiui caſus, quod ſubiungat iiſdem publicanis redimendi poteſtatem non eſſe propter calamitatem. Redimere vectigalia) id eſt conducere Publicani dicebantur. Certam enim pecuniæ ſummam ex Cenſoria pactione ſoluebant, eaq; vectigalia periculo ſuo exigebant, prouidentes in illa redemptione commodis ſuis. Cicero in oratione de reſponſis Aruſpicum, Aerarium nullum eſt, vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt. Inde Publicani redemptores dicũtur. Initio belli) quũ Mithridates iuſſit occidi omnes Ro. ciues qui in Aſia erant. Solutione impedita.) Hi enim qui in Aſia negociantes occiſi fuerunt, alij aliis ciuibus qui Romæ erant, vt fit, pecuniam debebant: hiq; ciues ſublata ſolutione creditoribus ſuis ſatiſfacere non potuerunt. Illud enim fieri in ciuitate ſolet, vt mercatoribus debeatur, hiq; mercatores debeant, quibus niſi ſatiſfiat, creditoribus ſoluere nõ potuerunt. Fidem concidiſſe) id eſt periiſſe. Eſt autem fides dictorum conuẽtorumq; conſtantia & veritas, id eſt, vt vulgo dicam, ſeruatio promiſſi. Authore Cicerone in lib. de Officijs. ij. Nulla res vehementius Rempub. continet q̃ fides. quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum. Hanc autem fidem, vt ait A. Gellius cap. primo libri. xx. Romani veteres in negociorũ — Numerus ciuium & frumenti. Prohibere. Redimere vectigalia. Redemptores. Fides reip neceſſaria.

contractibus ſanxerunt, maximeq́ꝫ in pecuniæ mutuaticæ vſu atqꝫ commercio. Adimi enim putauerunt ſubſidium hoc inopiæ temporariæ, quo communis hominum vita indiget, ſi perfidia debitorū ſine graui pœna eluderet. Rem atqꝫ fortunas) id eſt diuitias. Id quod ipſi videtis) Quæ videmus vt certiora ſunt q̄ quæ audimus, ita magis mouent. Vidiſtis melius q̄ videtis legēdum videtur. Implicita) coniuncta & inuoluta. Illa) id eſt illæ pecuniæ Aſiaticæ. Incumbere) id eſt animos veſtros totos applicare. In quo gloria) concluſio eſt huius primæ partis per enumerationem partium, qua renouatur auditorum memoria, & præparantur auditores, vt ſint ad reliqua attentiores, quum dicenda proponuntur.

Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Poteſt enim hoc dici, Belli genus ita eſſe neceſſarium, vt ſit gerendum: non eſſe ita magnum, vt ſit pertimeſcendum. In quo maxime laborandum eſt, ne forte a vobis, quæ diligentiſſime prouidenda ſunt, contemnenda eſſe videantur. Atque vt omnes intelligant me L. Lucullo tantum impertire laudis, quantum forti viro, & ſapientiſſimo homini, & magno Imperatori debeatur: dico eius aduentu maximas Mithridatis copias, omnibꝰ rebus ornatas atqꝫ inſtructas eſſe deletas, vrbemque Aſiæ clariſſimam, nobiſq́ꝫ amiciſſimam, Cyzicenorum obſeſſam eſſe ab ipſo rege maxima multitudine, & oppugnatam vehementiſſime: quam L. Lucullus virtute, aſſiduitate, conſilio, ſummis obſidionis periculis liberauit. Ab eodem Imperatore claſſem magnam & ornatam, quæ ducibus Sertorianis, ad Italiam ſtudio inflammato raperetur, ſuperatam eſſe atque depreſſam: magnas hoſtium præterea copias multis prælus eſſe deletas, patefactū ⁕veſtris legionibus eſſe Pontum, qui ante populo Romano ex omni aditu clauſus eſſet.

⁕noſtris.

Contēnenda eſſe videantur) Vobis prouidendum eſt,vt nominis veſtri glo-
ria,vt ſociorum ſalus,vt vectigalia veſtra maxima,vt ciuium plurimorum for
tunæ cum republica defendantur. Id ne contemnere videamini prȩuidete.

L.Lucullo)Lucullum laudat,vt ante pollicitus eſt.ſimul oſtendit',quantum
ab eo Mithridatis vires nobilitatæ ſint. Cicero in oratione pro Archia poeta
de L.Plotio poeta ſcribens,Mithridaticū, inquit,bellum magnū atqꝫ difficile,
& in multa varietate terra mariqꝫ verſatū,totū ab hoc expreſſum eſt. Qui li-
bri non modo L. Lucullum fortiſſimum & clariſſimum virum, verum etiam
populi Romani.nomen illuſtrant. Populus enim Romanus aperuit Lucullo
imperāte Pontum: & regiis quondam opibus & ipſa natura regionis vallatū.
Populi Romani exercitus eodē duce non maxima manu innumerabiles Ar-
meniorum copias fudit.Populi Romani laus eſt vrbem amiciſſimam Cyzice-
norum eiuſdem conſilio,ex omni impetu regio,ac totius belli ore ac faucibus
ereptam eſſe atqꝫ ſeruatam. Noſtra ſemper feretur & prædicabitur L.Lucullo
dimicante cum interfectis ducibus depreſſa hoſtium claſſis,& incredibilis apud
Tenedū pugna illa naualis.Noſtra ſunt trophea,noſtra monimēta, noſtri triū-
phi. Cyzicenorum)Cyzicum vrbs Aſiæ clariſſima omnibus modis terra ma
riqꝫ obſeſſa atqꝫ oppugnata a Mithridate fuit.Is vero omni commeatu a Lu- Cyzicum.
cullo interclusus mouere caſtra coactus eſt. Ea vrbs dotalis eſſe dicitur, & ab
Ioue Palladi attributa,vt Appianus in Mithridatico ſcribit:vbi itidē dicit Cy-
zicenos Lucullo diē feſtum inſtituiſſe,quæ Lucullea appellauerunt. Virtute)id
eſt animi magnitudine. Aſſiduitate)id eſt perſeuerantia,quæ fortitudinis ſpe
cies eſt:cui contraria ignauia eſt. Claſſem magnā)Mithridatis claſſem quin-
quaginta nauium,cui præerant Varus quem ad Mithridatem Sertorius miſe-
rat,& Alexander Paphlagonius & Dionyſius Eunuchus, Lucullus ad Lemnū
ſuperauit atqꝫ depreſſit, vt ait Appianus.Marium non Varum hunc ducem
Sertorij Plutarchus in vita Luculli,vt dixi appellat.nec de nauium numero cū
Appiano ſentit.neuter tamen ſcribit claſſem illā ad Italiam miſſam eſſe:id ta-
men credibile Cicero facit, quod claſſis huius duces fuerint Sertoriani. Stu-
dio inflāmato)i.maximo odio. Raperetur)i. raptim & celeriter duceretur. id
dicit, vt maius odium oſtēdat Mithridatis in Romanos, & maiorē Luculli lau
dem,qui deuicta hac claſſe Italiam ſeruauerit. Superatā)Verbum dico,quod
ante poſuit,hic repetendū eſt ſæpius. Depreſſam)id eſt ſubmerſam & obrutā.

Multis prelijs eſſe deletas)Illud prælium Mithridati prȩter cȩtera maxime
funeſtum fuit,quum præmiſit equites ſuos,qui Lucullo commeatum ex Cap-
padocia conuectum intercluderent, ſperans fore vt eum inedia vinceret,
quemadmodum ante ad Cyzicum victus fuerat. In anguſtijs pugnatum
eſt. Equites pauci relictis reliquis occiſis ad Mithridatem nocte redeunt.
Metuens Mithridates ne Lucullus huius victoriæ certior factus ſibi magis

Mithridatis fuga.

inſultet, fugā meditatur, in caſtris fit turbatio: fugit Rex Cumas. Inde in Armeniam ad Tigranem cum tribus equitum millibus. Quem in conſpectum ſuum Tigranes primum non admiſit, ſed certis in locis, regio more iuſſit viuere Mithridates afflictis rebus deſperans, Bachim Eunuchum in pontum mittit nunciatum ſororibus, vxoribus, & pellicibus, vt mortem ſibi conſciſcerent ne in manus Romanorum viuæ deuenirent. Illæ igit̃ partim veneno, partim ſuſpendio, partim gladio ſibi mortem intulere. Patefactum Pontum fuga Mithridatis. Tum enim præſidia a rege impoſita ad Lucullum maxima ex parte confugerunt, omneſq; Ponti vrbes paucis exceptis in poteſtatē ſuam Lucullus accepit.

Sinopen, atq; Amiſum (quibus in oppidis erant domicilia Regis, omnibus rebus ornata atq; referta) cæteraſq; vrbes Ponti, & Cappadociæ permultas vno aditu atque aduentu eſſe captas: Regem ſpoliatum regno patrio atq; auito: ad alios ſe Reges, atq; ad alias gentes ſupplicem contuliſſe: atq; hæc omnia ſaluis populi Rom. ſociis atq; integris vectigalibus eſſe geſta. Satis opinor hoc eſſe laudis, atq; ita reputo, vt hoc vos intelligatis, a nullo iſtorum, qui huic obtrectāt legi atq; cauſę, L. Lucullum ſimiliter ex hoc loco eſſe laudatum. Requiretur fortaſſe nunc quemadmodum, cum hęc ita ſint, reliquum poſſit eſſe magnum bellum. Cognoſcite Quirites: non enim ſine cauſa quæri videtur. Primum ex ſuo Regno ſic Mithridates profugit, vt ex eodē Ponto illa Medea quondā profugiſſe dicitur, quam prædicant in fuga, fratris ſui membra in his locis, qua ſe parens perſequeretur, diſſipauiſſe, vt eorū collectio diſperſa, mœrorq; patrius, celeritatē perſequendi retardaret. ſic Mithridates fugiens, maximam vim auri atq; argenti, pulcherrimarūq; rerū omniū, quas & a maioribus acceperat, & ipſe bello ſuperiore ex tota Aſia direptas, in ſuum regnum congeſſerat, in Ponto omnē reliquit,

Sinope autem Romanis acriter obſiſtebat, nauali prælio haud ignauiter pu-
gnabat. Vrbe a Lucullo obſeſſa ciues nauibus maioribus incenſis in leuiores cō
ſcendunt, fugaq; ſalutem ſuam defendunt. Lucullus vrbe potitus, pronunciari
iuſſit velle ſe vt ea eſſet libera, propterea q́ in vrbis obſidione Lucullus per qui-
etem viſus erat ſibi ab Antiocho vocari. Is enim Antiochus Herculis in bello
Amazonum comes hanc ſibi vrbem delegit, ob id ſtatua ei in vrbe poſita eſt, ce
leberrimo in loco. Eam Sinopei fugientes aſportare ſecum fruſtra conati ſunt.
Eam eius ſtatuam Lucullus vt vidit perſimilem eſſe dixit ei, qui ſibi per quie-
tem oblatus eſt. Lucullus inde ad Amiſum ſupra Sinopen caſtra poſuit, qua fu- Amiſus.
gientibus mari ciuibus potitus eſt. Eam quoq; liberam eſſe iuſſit, q́ condita fu-
iſſet ab Athenienſibus colonia. Eam maritimo imperio ab Atheniēſibus amiſ
ſo primo Perſarum Reges occupauerunt, deinde Alexander eam libertati ſuæ
reſtituit. Eam igitur ab Mithridate occupatam ſuis legibus vt viueret Lucullus
iuſſit. Author eſt Appianus. Regno patrio atq; auito) Mithridates primus ex
regis Perſarum genere fuit. is cum Antigono rege Syriæ ſe coniunxit. Anti-
gonus per quietem ſibi viſus eſt, agrum ſe auro ſerere, idq; aurum Mithridatem
metentem in Pontum aſportare. Hac de cauſa Antigonus Mithridatem inter-
ficere conatus eſt. Mithridates cum aliquot equitibus fugiens locum quendam Mithrida-
Cappadociæ occupatum muniuit, ad quem multis conuenientibus Cappado- tis genus.
ciam & finitimas Ponto nationes occupauit. Poſtremo imperiū maxime au-
ctum liberis tradidit, id a parentibus filij acceperunt vſque ad hunc Mithrida-
tem qui a Mithridate primo ſextus fuit. Ad alios Reges, vt ad Tigranē, & poſt-
quam cum Tigrane victus eſt, ad Regem Parthorū Legatos miſit auxilia po-
ſtulantes. Saluis populi Romani ſocijs.) Authore tamen Appiano quum
Cyzicum Mithridates obſideret, dux eius Eumachus Phrygiam ingreſſus in-
gentem ciuium Romanorū, numerum cum vxoribus & liberis necauit. Qui
huic obtrectant legi) quam diſſuadent, ſcilicet. Hi enim quanto magis laudarent
Lucullum, tanto minus id bellum Mithridaticum quod reliquum eſſet, oſten-
derent. Itaque legem facilius diſſuaderent. Medea illa) de Medea Oethæ Col- Medea.
chorum Regis filia q́ patrem prodiderit, q́ Iaſonem ad rapiendum vellus au-
reum adiuuerit, q́ eundem ſecuta ſit, ex poetis atq; ex Grammaticorum com-
mentarijs ſatis cognitum eſt. Ea autem ex Colchide nauigans in Pontum ap-
plicuit. Speculator ex alto tumulo proſpiciēs dixit ſe proſpicere nauem ex Col-
chide venientem. Medea patrem eſſe, vt erat, ſuſpicans, qui eam perſequeretur, Medea fra-
Aegialeum fratrem quem ſecum abducebat, ignarum, nec quicquā tale timen- trē diſſipat.
tem occidit. Atque ita diuellit, diuulſaq; membra per agros Diſſipat, in multis
inuenienda locis. Ne pater ignoret, ſcopulo proponit ab alto Pallētesq; manus,
ſanguineumque caput. Vt genitor luctuque nouo tardetur, & artus Dum legit
extinctos, triſte retardet iter. Author eſt Ouidius libro Triſtium tertio. Profu- Profugere.
gere dicuntur ij, qui vel formidine pœnæ, vel cauſa belli, aliave qua eiuſdem ge-

neris patriam relinquere cogũtur. Id per ſimplex verbum Virgilius dixit, Nos patriam fugimus. Inde profugus. vt, Italiam fato profugus, Lauinaq; venit Littora. Qua) aduerbium locale eſt, id eſt per quæ loca. Maximam vim auri) Quum Mithridates victis vt dixi, equitibus fugeret, Luculli milites eum inſequentes inciderunt in eos: qui permagnam vim argenti & auri & veſtiũ & magnæ pecuniæ e caſtris in Pontum referebant. Hi igitur rapiendis his rebus occupati, Mithridatem perſequi neglexerunt, vt ait Appianus. Multæ itidem diuitiæ quas in Ponto inuenerunt, eos retardauerunt.

Hæc dum noſtri colligunt omnia diligentius, Rex ipſe e manibus effugit. Ita illum in perſequẽdi ſtudio, mœror, hos lætitia retardauit. Hunc in illo timore & fuga Tigranes Rex Armenius excepit, diffidentemque rebus ſuis confirmauit, & afflictum erexit, perditumq; recreauit. Cuius in regnum poſteaquam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes cõtra Imperatorem noſtrũ concitatæ ſunt. Erat enim metus iniectus his nationibus, quas nunquam populus Romanus neq; laceſſendas bello, neque tentandas putauit. Erat etiam alia grauis atque vehemens opinio, quæ per animos gentiũ barbararum peruaſerat, fani locupletiſſimi & religioſiſſimi diripiendi cauſa in eas oras noſtrum exercitum eſſe adductum. Ita nationes multæ atque magnæ nouo quodam terrore ac metu concitabantur. Noſter autem exercitus, etſi vrbem ex Tigranis regno ceperat, & prælíis vſus erat ſecundis, tamen nimia longinquitate locorum, ac deſiderio ſuorum commouebatur. Hic iam plura non dicam. Fuit enim illud extremum: vt ex his locis a militibus noſtris reditus magis maturus q̃ proceſſus longior quæreretur.

E manibus.) Luculli milites eius capiendi occaſionem amiſerunt. Illum) Lucullum qui ferebat grauiter milites ſuos retardari. Cum exercitu venit) Luculli aduentum Tigrani qui primus nũciauit, is in crucem actus eſt, ideoq; nullus poſtea nunciare auſus eſt. Erat enim metus iniectus) Metuebant enim ne in ſe quoq; arma populus Romanus conuerteret. Neq; tentandas) Tentare minus eſt quam laceſſere. Itaq; in negatione poſtponitur. Peruaſerat) id eſt iniuſte peruenerat. Id enim verbum, quod eſt vado, cum compoſitis dici ſolet in re iniuſta aut difficili, vt, Vadimus immixti Danais, haud numine noſtro. Inde Donatus euadere dicit eſſe per obſtantiam & difficultatem venire. Vrbem ex Tigranis regno) Tigranes accepto regno Armeniæ vrbem maximã condidit, cuius muros quinquaginta cubita altos fecit, in quam viros optimos & locupletiſſimos commigrare, eamq; ex ſuo nomine Tigranocertam, quaſi Tigranis ciuitatem appellari iuſſit. Ad hanc vrbem Mithridatis & Tigranis exercitum, in quo erant ducenta quinquaginta peditum, & equitum quinquaginta milia Lucullus paruo exercitu deuicit. Luculli paucitatem militum Tigranes deridens eos dicebat eſſe nimis multos, ſi veniſſent vt Legati: ſi vero vt hoſtes, nimis paucos. Poſt hanc victoriam Lucullus Tigranocerta potitus eſt. Poſt hanc cladem acceptam, duo Reges exercitum alium parare properauerunt, in quo peditum ſeptuaginta millia, equitum. xxv. eſſent. Hi rurſus victi Lucullum fugiunt. Itaq; Tigranes in Armeniæ interiora, Mithridates in Pontum ſe contulerunt. Lõginquitate locorum) Artificioſum eſt, vt ſi quem laudes, cuius in vita aliquid turpe videatur, id tractes ita vt ea turpitudo ne appareat. Mithridatem & Tigranem victos Lucullus ideo perſequi non potuit, ꝗ a ſuo exercitu deſertus ſit. ab exercitu deſeri turpe eſt. turpitudinem Cicero occultat, quum nullo id Luculli vitio, ſed nimia locorum lõginquitate & ſuorum deſiderio factum eſſe oſtendit. Authore Liuio libro. xcviii. Lucullꝰ ne perſequeretur Mithridatem ac Tigranem, ſummaq; victoriæ imponeret, ſeditio militum tenuit, qui ſequi nolebãt, quia legiones Valeriæ impleta a ſe ſtipendia dicentes Lucullum reliquerunt. L. autem Lucullo Cos. in Aſiam contra Mithridatem proficiſcenti etiam duas Fimbriæ legiones traditas eſſe Appianus ſcribit. Hæ autem ſunt legiones, quæ Fimbria duce Valerium Flaccum Cos. occidentes, eum Fimbriam ſibi delegerunt Imperatorem. Has autem legiones a P. Clodio ſolicitatas, vt a Lucullo deficerent, ſeq; reſeruarent, Plutarchus in Luculli vita author eſt. Idem Luculli arrogantia atque auaritia factum dicit, vt a militibus ſuis desereretur. Suam manum) Alij ſuũ animum legunt, idq; mea quidem ſententia melius. Exanimatus enim cladibus ad Cyzicum, in Ponto in Armenia acceptis, non ſperabat fore: vt in regnum vnq̃ rediret.

Nuncius malæ rei.

Vadere.

Euadere.

Tigranocerta.

Mithridatis & Tigranis copiæ.

Mithridates autem & * ſuam manũ iam confirmarat,

*animum

& eorum qui ſe ex eius regno collegerant, & magnis aduentitiis multorum Regum & nationum copiis iuuabatur. Hoc iam fere ſic fieri ſolere accepimus, vt regum afflictæ fortunæ, facile multorum opes alliciant ad miſericordiam: maximeque eorum, qui aut Reges ſunt, aut viuunt in regno, at regale iis nomen magnum & ſanctum eſſe videatur. Itaq; tantũ victus efficere potuit, quantum incolumis nunq̃ eſt auſus optare. Nam cum ſe in regnum ſuum recepiſſet, non fuit eo contentus quod ei præter ſpem acciderat, vt illam, poſteaq̃ pulſus erat terram vnq̃ attingeret: ſed in exercitum veſtrum, clarum atq; victorem impetum fecit. Sinite hoc loco Quirites, ſicut poetæ ſolent qui res Romanas ſcribunt, præterire me ⁎ veſtram calamitatem, quæ tanta fuit, vt eam ad aures L. Luculli non ex prælio nuncius, ſed ex ſermone rumor afferret.

⁎ noſtram

Colligere ſe quid ſit.

Qui ſe ex eius regno collegerant) id eſt qui depoſito metu ad ſe redierant. Colligere ſe eſt diſſipatas animi partes rurſum in ſuum locum congerere, vt dicit Cicero in libro Tuſculanarum. iiij. Eſt igitur colligere ſe, id quod vulgo dicunt ad ſe redire, vel redire ad rationem. Id ſæpe a Cicerone dicitur libro Epiſtolarum familiarium tertio, Quum eſt ad nos allatum de temeritate eorũ, qui tibi negotium faceſſerent, & ſi grauiter primo nuncio commotus ſum, quod nihil tam præter opinionem meam accidere potuit, tamen vt me collegi, cætera mihi facillima videbantur. In oratione pro domo ſua, Si me populus Romanus incitatus iracundia aut inuidia e ciuitate eieciſſet. Idem, Qui poſteaq̃ mea in rempublicam beneficia recordatus ſe collegiſſet, temeritatem atque iniuriam ſuam reſtitutione mea reprehendiſſet. Pro A. Cluentio, Tum vero ita ſum perturbatus, vt omnia timerem: ſi nihil dixiſſem, ne infantiſſimus, ſi multa in eiuſmodi cauſa dixiſſem, ne impudentiſſimus exiſtimarer. Collegi me aliquando & ita conſtitui fortiter eſſe agendum. Qui ex eius regno collegerant ſe) id eſt ſuum animum. Cicero enim putauit hominem eſſe animum, ſed eum qui in corpore ſit, vt ſcripſi amplius in Ciceronem de Senectute. Hæc igitur ſententia eſt, Mithridates animum ſuum confirmarat, & iuuabatur copijs eorum qui ex eius regno ſe collegerant. Hi enim fugiente

Mithridate perturbati maxima ex parte Lucullo ſeſe dediderunt. Collegerant ſe) id eſt congregauerant intelligi poſſit. Magnis aduentitijs) Alium exercitum in Ponto Mithridates collegit. Vt regale iis nomen) ſimilis fere ſententia in oratione pro Rege Deiotaro eſt. Semper, inquit, regium nomen in hac ciuitate ſanctum fuit, ſociorum vero regum & amicorum ſanctiſſimum. Proprie dicimus ſancta, vt ait Vlpianus libro Digeſtorum primo, titulo de rerum diuiſione, quæ nec ſacra nec profana ſunt, ſed ſanctione quadam confirmata. Vt leges ſanctæ ſunt. Sanctione enim quadam ſubnixæ ſunt. Quod tantum ſanctione quadam ſubnixum eſt: id ſanctum eſt, & ſi deo non ſit conſecratum. Eodem in titulo, Metianus, Sanctum eſt, inquit, quod ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt. Virgilius quoq; non ſolum regibus, ſed etiam reginæ Didoni ſacerdotis officium accommodat. Inde morem emanaſſe arbitror, vt reges quemadmodum ſacerdotes vngerentur.

Regium nomen ſanctū.
Sanct um quid.

Vt) id eſt ita vt. Eſſe videatur) Id ideo dicit, ne plebis animi ob religionē a bello cum Rege gerendo auertātur. Nam ſi Rex ſanctus eſt, eum violari, religio eſt. Id vero affirmat pro Deiotaro. Nam ad Cæſarem dicit, qui Romanum regnum iam occupauerat, vt hac ratione in eius beneuolentiam magis influeret. Tantum victus efficere potuit) Enthymema eſt ex pugnantibus.

Incolumis.

Incolumis) id eſt non victus. Incolumē ſæpe dicit Cicero eum qui aduerſam fortunam non ſuſtinuit: vt reum qui liberatus eſt: vt contra, calamitatem damnationem & exilium dicit. In exercitum veſtrum) Mithridates poſtquam in ſuum ſe regnum recepit, coacto exercitu primum Fabium, quem in Ponto Lucullus reliquerat, profligauit: deinde cum C. Triario Luculli Legato ita fortiter pugnauit, vt ad ſeptem milia Rom. centum quinquaginta Centuriones. xxiiij. Tribunos militū occiderit. Id autem Triarij ambitione & temeritate factum eſt, qui vt ſolus gloriam deuicti Mithridatis aucuparetur, cum eo prius pugnare voluit, quam adueniret Lucullus qui non longe aberat. Clarum atque victorem) Maiorem animum Mithridatis in popu. Rom. oſtendit.

C. Triarius victus.

Preterire me veſtrā calamitatem) Hoc contra hiſtoriæ legem eſt, quam Cicero in libro de Oratore ſecundo primam eſſe ait, ne quid falſi dicere audeat, ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis.

Hiſtoriæ lex.

Sinite hoc loco præterire me veſtrā calamitatem) Illud euenire ſolet: vt quæ nolle nos dicere fingimus, ea auditoribus maiora videantur, quam dicendo efficere poſſemus. Eſt autem occupatio, quū dicimus nos præterire aut neſcire, aut nolle dicere, quæ tamen dicimus. Ideoq; addit Cicero, quæ tanta fuit &c.) Non ex prælio nuncius) Significat Triarii cladem a Mithidrate fuiſſe tantam, vt ceſis omnibus nullus fuerit cladis nuncius. Ex ea tamen Triarius cum militibus aliquod euaſit: ſed tantam eam fuiſſe Plutarchus ſcribit, quantam in toto bello Mithridatico Romani acceperint. Belli offenſionem hic & paulo poſt Cicero appellat, quam vulgo dicunt amiſſam victoriam.

Offenſio belli.

Hic in ipſo illo malo, grauiſſimaq; belli offenſione L.
Lucullus,qui tñ aliqua ex parte iis incommodis mede
ri fortaſſe potuiſſet,veſtro iuſſu coact⁹,(q Imperii diu
turnitati modũ ſtatuendũ veteri exẽplo putauiſtis) par
tem militum,qui iam ſtipendiis confectis erant, dimi-
ſit:partẽ Glabrioni tradidit.Multa pǽtereo cõſulto, ſed
ea vos cõiectura perſpicitis, quãtũ illud bellũ futurũ
putetis,quod cõiungant reges potẽtiſſimi,renouẽt agi-
tatæ nationes,ſuſcipiant integræ gentes,nouus Impera
tor*vi accipiat,vetere expulſo exercitu.Satis mihi mul
ta verba feciſſe videor,quare hoc bellũ eſſet genere ip
ſo neceſſariũ,magnitudine periculoſum:reſtat,vt de Im
peratore,ad id bellum deligendo, ac tantis rebus pręfi
ciendo,dicendũ eſſe videatur.Vtinã Quirites virorum
fortium atq; innocentiũ copiã tantam haberetis,vt hęc
vobis deliberatio difficilis eſſet,quénam potiſſimũ tan
tis rebus,& tanto bello pręficiendum putaretis. Nunc
vero cum ſit vnus Cn.Põpeius,qui nõ modo eorũ homi
num,qui nunc ſunt, gloriã,ſed etiã antiquitatis memo-
riam virtute ſuperarit,quę res eſt,quę cuiuſq animũ in
hac cauſa dubiũ facere poſſit?Ego enim exiſtimo in ſũ
mo Imperatore quatuor has res ineſſe oportere, ſciẽtiã
rei militaris,virtutem,authoritatem,felicitatem.

*veſter.

Aliqua ex parte iis incommodis mederi potuiſſet) Lucullus Triario deui-
cto contra Mithridatem caſtra locauit. Tum autem præconis voce reuocatus
eſt,quod vltra præſcriptum ſibi tempus exercitum haberet, & bellum gereret.
Iſq; præco nomine po.Ro.edixit,vt ne quis ex militibus Lucullo pareret,irro-
gata pœna,vt eorũ q paruiſſet bona publicarẽtur. Author eſt Appianus. For
taſſe) Euentus enim futurorũ incertus eſt,& fortuna belli dubia. Veſtro iuſſu)
Nã Senatus cenſet,populus iubet. Tum enim populus iubet,quũ aliquid facien
dum aut cõtra ſuis ſuffragiis decernit. Ideoq; qui ad populũ ferebat,dicebat,Ve-

Lucullus reuocatus.

Iubet populus.

ſitis iubeatis. vt Publius Clodius de Ciceronis exilio ad populum tulit illis verbis, vt eſt apud Ciceronem in oratione pro domo ſua, Velitis iubeatis, vt Marcus Tullius in ciuitate ne ſit, bonaq; eius vt mea ſint. Imperii diuturnitati) Lucius Lucullus Conſul, Aſiam prouinciam, bellumq; Mithridaticum, ſortitus eſt, quod per annos ſeptem geſſit, vt ait Velleius Paterculus libro ſecūdo. Imperium) Prætorum, & Conſulum, & Procōſulum dicebatur. Id autem ne diuturnum eſſet, certum aliquod tempus præſcribebatur. vt Cnæo Pōpeio lege Gabinia conceſſum eſt imperium trium annorum ad perſequendos atq; tollendos Piratas. Caius Verres Siciliam tres annos, Q. Cicero Aſiam tot annos adminiſtrauit. Cæſari paulo poſt, hoc bellum Mithridaticum quinquennale imperium datum eſt, & annos totidem continuatum. Nonnunquam tamē imperium ſine vllo certo modo mandabatur, vt Marcello Syracuſanum, vt Scipioni Hiſpanicum. Cicero in prima Philippica ſæpius flagitatam legem dicit, ne prętoriæ prouinciæ plusquam annum, ne pluſquam biennium Conſulares obtinerentur. Qui iam ſtipendiis confectis erant) id eſt qui ſtipendia impleuerant. Hi autem milites erant Fimbriani, quos Titus Liuius libro nonageſimooctauo, Valerianos appellat, eam ob cauſam, vt arbitror, q Lucius Valerius Flaccus cōſul miſſus in Aſiam, vt Syllæ ſuccederet, propter auaritiam exercitui ſuo inuiſus a Caio Fimbria Legato ipſius occiſus eſt, & imperium ad Fimbriam tranſlatum. vt idem ait libro octogeſimotertio. Hi autem confectis ſtipendiis Lucullum vt diximus, ſequi noluerunt. Aetas autem militaris, vt paulo poſt dicemus, eſt ab anno ſeptimodecimo, ad quadrageſimumſextum annū. Illo autem tempore ſi Reſpublica poſtulabat, lege militari iuuenes cogi poterant, vt annos decem militarent. vt ſcribit Plutarchus in vita Gracchorum. Hos igitur Valerianos milites Lucullus dimiſit) id eſt abire permiſit. Glabrioni) qui tum Bithyniæ præerat, quam redactam in prouinciā antę diximus.

Aetas militaris.

Militare tēpus.

Quod coniungant) id eſt ſimul & coniunctim gerant. Renouent agitatę nationes) Vt qui luctando ſupplantatus iterum luctatur obnixius contentis viribus aduerſarium ſupplantare nititur. Cicero in libro de Officijs ſecundo, Acriores eſſe dicit morſus intermiſſæ libertatis, q̄ retentæ. Nationes) Vt Pontus & Armenia. Integræ gentes) id eſt nihil bello imminutæ, vt aduentitię illæ regum & nationum copiæ, quibus Mithridatem iuuari ante dixit. Nouus imperator) Pompeius, aliusve quis, qui ad hoc bellum mittatur. Vetere expulſo exercitu) Veteranus autem exercitus melior eſt atq; commodior, & ad parendum & ad pugnandum. Satis mihi multa) quæ dixit, memorat, & quæ dicturus eſt proponit, vt quæ dicta ſunt, hæreant firmius, & ad ſequentia præparentur auditores, vt ſint attentiores. Ea autem tranſitio eſt. Vtinam Quirites) a fictione ſuaſio eſt. Antiquitatis memoriā) id eſt eos qui ante fuerunt, de quibus in libris memoria eſt. Virtute) id eſt animi magnitudine.

Quis igitur hoc homine ſcientior vnꝗ aut fuit, aut eſſe debuit? qui e ludo aut diſciplina pueritiæ, bello maximo, atq; acerrimis hoſtibus ad patris exercitum, atq; in militię diſciplinam profectus eſt: qui extrema pueritia miles ſummi fuit Imperatoris, ineunte adoleſcētia, maximi ipſi exercitus Imperator: qui ſæpius cum hoſte cōflixit, ꝗ quiſꝗ cum inimico concertauit: plura bella geſſit, ꝗ cæteri legerunt: plures prouincias confecit, ꝗ alii concupiuerunt. Cuius, adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris, non alienis præceptis, ſed ſuis imperiis: nō offenſionibus belli, ſed victoriis: non ſtipendiis, ſed triūphis eſt tradita. Quod deniq; genus belli eſſe poteſt, in quo illum non exercuerit fortuna Reip. Ciuile, Aphricanū, Tranſalpinū, Hiſpanienſe, miſtum ex ciuitatibus.

Ludus & ludi magiſter. Cn. Pōpeij eloquentia.

E ludo) i. e ſchola. Omnē enim ſcholam ludum dixere Romani: & magiſtri ludi dicuntur, qui primas literas docent. Author eſt Aſconius. Cn. tamen Pompeius multa in ſchola praeter illas primas literas didicit. Nam cauſas in foro egit, Milonemq; defendit, vt ait Cicero pro Milone. Cuius etiam illa verba ſunt ex libro de claris Oratoribus, Meus, inquit, æqualis Cn. Pompeius, vir ad omnia ſumma natus, maiorem dicendi gloriam habuiſſet, niſi eum maioris glorię cupiditas ad bellicas laudes abſtraxiſſet. Erat oratione ſatis amplus, rem prudenter videbat, actio vero eius habebat & in voce magnum ſplendorem, & in motu ſummam dignitatem. Bello maximo) Cn. Pompeius Strabo quū exercitum duceret aduerſus Cinnam, filius eius Pompeius admodum adoleſcens in caſtris erat, vt ait Plutarchus. Q̃ ſeditioſus ciuis & pernicioſus Cinna fuerit, hiſtorię Romanę ſcriptores paſſim memorāt. Extrema pueritia) Seruius Tullius Ro. Rex ætatē hominis in tres partes diuiſit. vt pueri eſſent vſq; ad annū xvij. inde ad annum xlvj. iuuenes: & ætate reliqua ſenes, vt ſcribit A. Gellius libro decimo. Iuuenum ætatē eam deſcripſit, quæ bellis gerendis apta eſſet. Ideoque iuuenes pro militibus, & iuuentutem pro militum multitudine Latini ſępe dicunt. Eam ob rem veteres anno ætatis decimoſeptimo incipiebant facere ſtipendia. Qua ætate Scipionem & Catonem cœpiſſe militare ſecundo bello Punico, ſcribimus in commentarijs in Ciceronem de Senectute. Caius Gracchus legē tulit de minoribus annis ſeptem & decem ad militiam non cogendis

Iuuenes ꝑ militibus. Militandi ætas.

vt in ejus vita Plutarchus ſcribit. Seruius tamen in libro Commentariorum in
Aeneid. Virgilij.vij. morem Romanũ fuiſſe dicit, vt poſt pubertatem pueri ar=
mis exercerentur, vt anno.xvi. militarẽt, quo ſolo anno ſub cuſtodibus agebãt.
Extrema pueritia) i. extrema parte pueritiæ. Id genus dicẽdi q̃ familiare Cice
roni ſit, ſcribimus in Ciceronẽ de Senectute. Sũmi Imperatoris) id eſt L. Syllę.
Põpeiũ Syllę diſcipulũ Sertorius appellabat, vt in eiuſdẽ Sertorij vita Plutarch⁹
ſcribit. Ineunte adoleſcẽtia) Adoleſcentiã pro iuuenili ætate dicit. Nam ado=
leſcentes & iuuenes hac Seruij diuiſione non diſtingũtur. Maximi ipſe exerci=
tus Imperator) L. Cinna Cos. occiſo, Cn. Papyrius Carbo eius Collega magis ſe=
ditioſus exercitũ parauit cõtra Syllã a bello Mithridatico redeuntem. Sylla igit̃
cum victore exercitu in Italiam reuerſo Cn. Põpeius annos tres & viginti nat⁹
in agro Piceno tres legiones comparauit, multos, vt a Carbone deficerent, ſoli=
citauit: L. Scipionis inimici milites ad ſe allexit, multaq; egregia in Italia fecit
facinora: ad Syllam venit, is equo deſiliens Syllã Imperatorẽ ſalutauit: Pompeiũ
& ipſe Sylla Imperatorem contra ſalutauit: idq; mirũ omnibus fuit, q̃ iuueni vi
ro in Senatum nondum admiſſo id nomẽ Sylla cõmunicauerit. Illud quoq; ho
noris Pompeio Sylla pręſtabat, vt aduenienti aſſurgeret, eiq; caput aperiret, q̃d
nulli alij Sylla faciebat, q̃uis multos viros clariſſimos ſecum haberet. Prouin
cias confecit) id eſt, nationes bello ſubiugauit, eaſq; pop. Rom. prouincias fecit.
Q̃ alij) qui ſcilicet magiſtratus eſſent. Suis imperiis) Nam fere omnibus in
prœliis, quibus affuit, ipſe Imperator fuit. Ideoq; rei militaris diſciplinam vſu
non præceptis aſſecutus eſt. Vſum autem magiſtratũ eſſe optimũ Cicero ipſe nõ
ſemel dixit. Fortuna reipublicæ) Cui contigit, vt multa bella multis in regio
nibus gererentur. Ciuile) Cum Cinna & Carbone. Africanum) cum Cn.
Domitio, aliiſq; proſcriptis & Hierica Rege Numidiæ, quod intra dies quadra=
ginta confecit natus annos quatuor & viginti. Ex hoc bello reuertentem Sylla
obuiam profectus magna voce Magnũ eum ſalutauit, quod ei cognomen fa=
ctum eſt. Iſq; ea ætate, adhuc Eques Romanus triumphauit, quod ante hãc æta
tem nemini contigerat. Authores T. Liuius lib. xcix & Plutarchus in vita Põ=
peii, qui Numidiæ regem Hiarbam non Hiericam appellat. Tranſalpinum)
quod cum Gallis geſſit, qui Romanis legionibus in Hiſpaniam iter includebat,
de quo paulo poſt Cicero dicit. Hiſpanienſe) cum Sertorio. de quo bello paſſim
ſcriptores tradiderunt. Miſtum ex ciuitatibus) Quo tempore Lucullus in Aſia
cum Mithridate bellum gerebat, in Italia exortum bellum ſeruile eſt: nam Ca=
puæ ex ludo Lentuli.lxxiiij. gladiatores profugerunt, & ſeruorum & ergaſtulorũ
tantam multitudinem coegerunt, vt ad ſexaginta milia armarentur. Eorum du
ces Chriſus, Granicus, & Spartacus fuerunt. Hi Romanos Imperatores ſæpe vi
cerunt: ſed anno tertio q̃ bellum exortum eſt, cum a Q. Ario, tum maxime a
M. Craſſo deuicti ſunt. tria tamen ſeruilia bella Florus ſcribit. Q̃ cum his Pom=
peius pugnauerit, alibi legere non memini.

Extrema pueritia.

Adoleſcentia.

Cn. Pompeio quem honorem Sylla detulerit.

Conficere prouinciã.

Triũphus Equitis.

Seruile bellum.

atq; ex bellicoſiſſimis natiõib⁹, ſeruile & naùale bellũ. Varia & diuerſa genera, & bellorũ, & hoſtiũ: non ſolũ geſta ab hoc vno, ſed etiam cõfecta, nullã rem eſſe declarant in vſu militari poſitam, quæ huius viri ſcientiam fugere poſſit. Iam vero virtuti Cn. Pompeii, quæ poteſt oratio par iueniri? Quid eſt, quod quiſquam aut dignũ illo, aut vobis nouum, aut cuiq̃ inauditum poſſit afferre? Non enim illæ ſunt ſolæ virtutes imperatoriæ, quæ vulgo exiſtimantur, labor in negociis, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo: quę tanta ſunt in hoc vno, quanta i omnibus reliquis Imperatoribus (quos aut vidim⁹, aut audiuimus) non fuerunt. Teſtis eſt Italia, quam ille ipſe

⁎cõſilio victor L. Sylla huius virtute & ⁎ ſubſidio confeſſus eſt liberatam. Teſtis eſt Sicilia, quam multis vndiq; cinctã periculis, nõ terrore belli, ſed celeritate conſilii, explicauit. Teſtis eſt Africa, quę magnis oppreſſa hoſtium copiis, eorum ipſorum ſanguine redũdauit. Teſtis eſt. Gallia, per quam legionib⁹ noſtris in Hiſpaniam iter, Gallorũ internecione, patefactum eſt. Teſtis eſt Hiſpania quæ ſæpiſſime plures hoſtes ab hoc ſuperatos, proſtratosq; conſpexit. Teſtis eſt iterũ, & ſepius Italia, quę cum ſeruili bello, tetro, periculoſoq; premeretur, ab hoc auxiliũ abſente expetiuit: quod bellum expectatione Pompeii attenuatũ atq; imminutũ eſt, aduentu ſublatum ac ſepultum. Teſtes vero iam omnes orę, atq; omnes exterę gentes, atq; nationes, deniq; maria omnia, tum vniuerſa tum in ſingulis oris omnes ſinus atq; portus.

Ex bellicoſiſſimis nationibus) id eſt ex Gallis & Germanis. In hoc enim fugitiuorum exercitu Gallos Germanosque fuiſſe, quorum dux erat Gra-

nicus, T. Liuius libro. xcvii. ſcribit. T. Liuius libro. xxi. Gallicas gētes armorum
ſemper auidas eſſe. Idem libro decimo, Gallos inter ferrum & arma natos, fero-
ces quum ſuopte ingenio, tum aduerſus popu. Rom. eſſe dicit. D. Brutus in epi- Galli bellicoſi.
ſtola quadam ad Ciceronem, quæ eſt in libro Epiſtolarum Ciceronis familia-
rium vndecimo Gallos eſſe dicit omnium bellicoſiſſimos. Apud Romanos
maiorum more nulli ciui bello Gallico immunitas erat, vt ait Cicero pro M.
Fonteio. Authore Appiano libro de bellis ciuilibus ſecundo in ſacerdotum
& ſeniorum lege, quæ de immunitate lata eſt, exceptū fuit, niſi Celticum bel-
lum inſtaret. Eo enim inſtante ſacerdotes ſenioreſq; in armis eſſe oportebat; nā
Gallica gente nulla Romanis fuit formidabilior. Nauale bellum, quod cum
piratis geſſit. Varia & diuerſa genera bellorum) quia alia terreſtria, alia mari-
tima fuerūt. Ex hoſtium) quia alij Reges, alij exules, alij piratæ, alij ſerui fue-
runt. Confecta) id eſt, expleta & ad finem perducta, vt confecta
ſtipendia ante dixit, Vt dicam pene confectum. Idem libro Epiſtolarum fa- Conficere
miliarium vndecimo ad D. Brutum, Res ſic ſe habet. is bellum confecerit, qui bellum & ſti-
Antonium oppreſſerit. Idem lib. x. ad Plancum, Qui Marcum Antonium op- pendia.
preſſerit, is bellum confecerit. Idem ad eundem, Qui Antonium oppreſſerit, is
hoc teterrimū bellum periculoſiſſimumq; confecerit. Fortitudo) quæ eſt mor-
tis dolorisq; contemptio. Induſtria) id eſt perſeuerantia, quam aſſiduitatē ante
Cicero appellauit. Celeritas) quæ in imperatore valet plurimum. Huius vir-
tute in bello quod geſſit cum Cinna & Carbone. Teſtis eſt Sicilia) Cneus Pa- Cn. Papy-
pyrius Carbo a Sylla ſæpe in Italia victus, in Siciliā profugit. Pompeius in Sici- rius Carbo.
liam cum imperio a Senatu miſſus Carbonem tribus Conſulatibus inſignem
vicit cepitq;. Is cum ad ſupplicium duceretur, flebat muliebriter. Vbi vero ſtri-
ctum gladium ceruicibus ſuis imminere conſpexit, locum & horam perbreuē
orauit, quod ventris onere moleſtari ſe diceret. Authores ſunt Titus Liuius li-
bro octogeſimonono, & Plutarchus in vita Pompeii, qui idem ſcribit a Perpen-
na quoque vi occupatam Siciliam, atq; inde ceſſiſſe audito Pompeii aduentu,
qui inde ciuitates afflictas recepit, easque omnes præter Meſſanam clemen- Piratarum
tiſſime habuit. Explicauit) liberauit. Teſtes vero iam omnes oræ) id origo.
dicit propter bellum, quod cum piratis Pompeius geſſit. Mithridates ini-
tio belli cum popu. Rom. ſuſcepti aliquot homines in naues impoſuit, ne tam
libera eſſet Romanorum in Aſiam nauigatio. Quum vero bellum exarſiſſet,
hi aucto numero prędonum more, vt mare, ita inſulas & vrbes maritimas, ip-
ſam denique Italiam infeſtabant, cui annonæ commercia intercluſerunt. Hi
Cilices appellati ſunt, vel quia primi Cilices fuerunt, vel quia in Ciliciam
ſe receptabant. In horum ſocietatem accepti ſunt prædones, exules, fugitiui,
ſerui. Eorum numerus ita creuit, vt naues amplius mille haberent,
tam multa præda locupletati ſunt, vt inauratis rudentibus, velis purpureis
remis ſubargētatis vterētur. Quū igitur ſocios & prouincias po. Ro. atq; Italiā

impotēter vexarēt,oībuſq; mercatoribꝰ mare clauſum eſſet,aduerſus eos Cn.Pō
Cn.Pōpeiꝰ. peius lege Gabinia factus Imperator bellū incredibili celeritate cōfecit.De hoc
bello ſcripſerunt amplius L.Florus,Appianus,& Plutarchꝰ in vita Pompeij.

Quis enim toto mari locus per hos annos,aut tam fir-
mum habuit præſidiū,vt tutus eſſet?aut tam fuit abdi
tus,vt lateret?Quis nauigauit, qui non ſe aut mortis,
aut ſeruitutis periculo cōmitteret?cū aut hyeme,aut re
ferto prædonū mari nauigaretur.Hoc tantū bellū,tam
turpe,tam vetus,tam late diuiſum atq; diſperſum, quis
vnq̄ arbitraretur, aut ab omnibus Imperatoribus vno
anno, aut omnibus annis ab vno Imperatore cōfici poſ
ſe? Quā prouinciam tenuiſtis, a prædonibus liberā per
hoſce annos?Quod vectigal vobis tutum fuit?Quē ſo-
cium defendiſtis?Cui præſidio claſſibus veſtris fuiſtis?
Q̄ multas exiſtimatis inſulas iam deſertas? q̄ multas
autem metu relictas,aut a prędonibus captas vrbes eſ-
ſe ſociorū? ſed quid ego longinqua commemoro? Fuit
hoc quondā,fuit propriū populi Ro. longe a domo bel
lare,& propugnaculis imperii, ſociorum fortunas, non
ſua tecta defendere.Sociis veſtris ego mare clauſū per
hoſce annos dicam fuiſſe,cum exercitus veſtri Brundu-
ſio nuſq̄,niſi ſūma hyeme,trāſmiſerint.Quid ad nos cū
ab exteris nationibus venirent,captos querar?Cum Le-
gati populi Ro.redempti ſint?Mercatoribus tutum ma
*non. re * tum fuiſſe dicam, cum duodecim ſecures in prædo
nū poteſtatē ꝑuenerint?Quid aut Colophonē, aut Sa-
mū,nobiliſſimas vrbes,innumerabileſq; alias,captas eē
*poteſta cōmemorē?cū veſtros portꝰ,atq; eos portꝰ, quibꝰ vitā,
te. & ſpiritū ducitis,in prædonū fuiſſe * poteſtatē ſciatis.

Per hos annos) id eſt paucis his annis præteritis. Firma præſidia ſæpe dicit Cicero, vt Terentius firmas nuptias. Aut mortis) ſi hyeme nauigaret: aut ſeruitutis, ſi æſtate. Tum enim periculum erat, ne a prædonibus caperetur. Committeret ſe periculo) id eſt periculo ſe exponeret. Tãtum bellum) Omne enim mare interius, quod mediterraneum appellant, hi prædones occupauerant.

Tam turpe) Id bellum totum in contumeliam decusq́ populi Romani fuiſſe Plutarchus ſcribit. Tam vetus) Q̃ vetus fuerit hoc bellum prædonum inde conijcere licet, quod cœpit initio belli Mithridatici. bellum autem Mithridaticum annos quadraginta geſtum fuiſſe Appianus ſcribit, quo authore Mithridates regnauit annos. lviij. Bellum autem piraticũ Cn. Pompeius confecit paulo anteq̃ belli Mithridatici factus eſſet imperator, quod bellum Mithridaticũ, vt alia, celeriter confecit. Cui præſidio) id eſt cui ſociorum claſſes veſtræ præſidio fuerunt. Longinqua) id eſt longe ab oculis veſtris, hoc eſt in longinquis regionibus geſta a prædonibus. A domo) id eſt a patria, ab vrbe Roma. Propugnaculis) id eſt viribus. Mare clauſum) quia in eo nauigare metu prædonũ non auderent. Socijs veſtris ergo mare clauſum) a faciliori ſocios populi Ro. defenſos non fuiſſe oſtendit. nam ſi Romanis exercitibus mare clauſum fuit, q̃ ſocijs fuerit clauſum facile fuit. Si legati populi Ro. capti ſunt difficile non fuit, vt qui ab exteris nationibus Romam venirent, caperentur. Si duo Prætores capti ſunt, mirum non eſt mare tutum mercatoribus non eſſe. Si Caietæ, Miſeni, & Hoſtiæ portus in prædonum poteſtate fuerunt, credibile eſt Colophonẽ Samum, aliasq́ vrbes innumerabiles captas eſſe. Brunduſio) Brunduſium ciuitas eſt Italiæ portu nobilis, vnde in Græciam atq́ in Aſiam tranſmittitur. Coloniam pop. Ro. ſub finem primi belli Punici deductam fuiſſe Tit. Liuius ſcribit libro decimonono. Summa hyeme) id eſt bruma. Tranſmiſerunt) id eſt mare tranſierunt. vt in libro Epiſtolarum Ciceronis ad Quintum fratrem ſecundo, Idem aiebant nunciare te prima nauigatione tranſmiſſurum. Tranſmittere mare, idem dixit libro de Natura Deorum ſecundo, Grues, inquit, quum loca calidiora petentes maria tranſmittũt, trianguli efficere formam. Idẽ tranſire mare dicit ſæpius. Vt libro Epiſtolarum ad Atticum ſeptimo, Inde vtrum conſiſtere vſpiam velit, an mare tranſire, neſcitur. Idem pro Cn. Planco, Hic vero ſimulatq́ me mare tranſiſſe cognouit. Idem dicit tranſportare exercitum libro Epiſtolarum ad Atticum nono, Sic inquam agam, Senatui non placere in Hiſpanias iri, nec exercitus in Græciam tranſportari. Et in Piſonẽ, Te prouinciam Macedoniam, in quam tantum exercitum trãſportaſſes, ſine vllo milite reliquiſſe. Tranſportare, deportare, & reportare exercitum perſæpe dicit Titus Liuius. de quibus poſtea dicemus. Redempti ſint) Id quod ſequitur pro eo quod præcedit, id eſt capti ſint. Hi autem Legati qui fuerint, legere non memini. Duodecim ſecures) id eſt duo Prætores, Sextilius & Belinus, qui cum lictoribus cæteriſq́ inſignibus capti ſunt. author eſt Plutarchus. Prætoribus autem ſingulis ſeni lictores erant. Veſtros portus) Caietam, Miſenum, & Hoſtiam.

Mithridaticũ bellũ.

Brunduſiũ.

Tranſmittere.

Tranſire mare.

Tranſportare exerci. tum.

D

Quibus vitam & ſpiritum ducitis).i.quibus annona frumentaria vobis præcipue aduehitur. Fuiſſe in poteſtatẽ, de hoc dicendi genere eſt apud A. Gelliũ libro primo.

An vero ignoratis portum Caietæ celeberrimum atque pleniſſimum nauium, inſpectante Prętore a prędonibus eſſe direptum? Ex Miſeno autem, eius ipſius liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellũ geſſerat, a prędonibus eſſe ſublatos? Nam quid ego Hoſtiẽſe incommodum, atq; illam labem, atq; ignominiam Reip. querar? cum prope inſpectantibus vobis claſſis ea, cui Conſul Po. Ro. præpoſitus eſſet, a prædonibus capta, atque oppreſſa eſt? Pro dii immortales, tãta ne vnius hominis, incredibilis ac diuina virtus, tam breui tempore lucem afferre reip. potuit? vt vos, qui modo ante oſtium Tyberinũ claſſem hoſtiũ videbatis, nunc nullam intra Oceani oſtium prædonum nauẽ eſſe audiatis? Atq; hæc qua celeritate geſta ſint, quanquã videtis, tamen a me in dicendo prætereunda non ſunt. Quis enim vnquã, aut obeundi negocii, aut conſequendi quæſtus ſtudio, tam breui tẽpore, tot loca adire, tantos curſus conficere potuit, q̃ celeriter Cn. Pompeio duce belli impetus nauigauit? Qui Siciliam adiit, Africam explorauit, inde Sardiniã cum claſſe venit, nondum tempeſtiuo ad nauigandum mari, atq; hæc tria frumentaria ſubſidia reip. firmiſſimis præſidiis, claſſibusq; muniuit.

Portum Caietæ) Caietam a Caieta Aeneæ nutrice appellatam eſt apud Virgilium in libro.vij. Celeberrimum) id eſt maxime a mercatoribus frequentatũ. Inſpectante Prætore) Id magis populum mouet. Is tamen Prætor qui fuerit, mihi ignotum eſt. Miſenum ab Aeneæ comite appellatum eſt apud Virgilium libro Aeneidos ſexto. Prope inſpectantibus vobis) Hoſtia in oſtio Tyberis

ab Anco Martio ædificata eſt, vt ait T. Liuius libro primo, Iniuria autem quæ fit inſpectantibus nobis, grauior eſſe videtur. vt Virgilius in libro Aeneid. ſecundo, de morte Politæ, qui Priami filius fuit, Vt tandem ante oculos euaſit & ora parentum, Concidit, ac vitam multo cum ſanguine fudit. Ea res quantum Priamum commouerit, illic dicit. Interdum tamen glorioſum cenſetur ante ora parentum pro patria fortiter cadere. vnde Aenei. j. O terque quaterque beati, Quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis Contigit oppetere &c. Sed huiuſmodi iniuriæ ad diuerſa referuntur, & diuerſis fiunt modis. Nam Politæ cædes fugientis turpis fuit Priamo, nec Politæ glorioſa, Hectoris & Troili fuit occiſis glorioſa. & ideo ſpectantibus minus triſtis licet parentibus. Ante oſtium Tyberinum) id eſt ante Hoſtiæ Portum, qui in oſtio Tyberino eſt.

Oceani oſtium appellat quo oceanus in mare quod alij interius, Plinius internum, vulgus mediterraneum appellat, influit. Intra oceani oſtium) id eſt in toto mari interno. Aut obeundi negocij) Duæ res ſunt, quibus incitentur homines ad iter faciendum celerius, negocij conficiendi & conſequendi quæſtus cupiditas. Curſus) id eſt nauigationes, vt in primo Aeneid. Quæ proxima littora curſu Contendunt petere. Et in libro de officijs tertio, Si exempli gratia vir bonus ab Alexandria profectus, Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit in Rhodiorum inopia & fame ſummaque annonæ caritate: ſi idem ſciat complures mercatores Alexandria ſoluiſſe, nauesque in curſu frumēto onuſtas petentes Rhodum viderit. dicturus ne ſit id Rhodus, an ſilentio ſuum quā plurimi venditurus? Impetus belli) id eſt Pompeij claſſis, in qua belli impetus conſiſtebat. Frumentaria ſubſidia) id eſt quæ frumentum ſubminiſtrant, vt T. Liuius Siciliam & Sardiniam in ſecundo bello Punico appellat duo reipublicæ horrea. Inde ſe quum in Italiam recepiſſet) Cn. Pompeius accepto in piratas Gabinia lege imperio, internum mare in multas regiones diuiſit, ac vnicuique parti claſſem ducemque præfecit, Tyberium Neronem & Manlium Torquatum Hiſpanico mari, quod Atlanticum vocant, vſque ad columnas Herculis: M. Pōponium Gallico & Liguſtico: Lentulum Marcellinum & P. Attilium Libyco Sardoo Corſico inſuliſque finitimis: L. Gellium & Cn. Lentulum Tyrrheno & Hadriatico: Plotium & Terentium Varronem Siculo & Ionio vſque ad Acarnaniā: L. Cinnam, Peloponneſo, Atticæ, Eubœæ, Theſſaliæ, Macedoniæ, Bœotiæ: L. Cullium, Aegeo mari omnibusque in eo inſulis & Helleſponto: P. Piſonem Bithyniæ, Thraciæ, & Propontidi: Metellum Nepotem Lyciæ, Pamphyliæ, Cypro, Phœniciæ, præfecit: ſed ita præfecit, vt in ſua quiſque regione permaneret, nec vltra piratas inſequeretur, neque in regiones aliis traditas inuaderet, ſed mutuis ſe auxilijs adiuuantes piratas intercluderēt. Cn. Pompeius lectis nauibus ſexaginta inſtructis piratas inſecutus, eos venatoris more congregans in Ciliciam redire compulit. Authores ſunt Plutarchus & Appianus.

Oceani oſtium.

Curſus p̄ nauigatione.

Inde ſe cum in Italiam recepiſſet,duabus Hiſpaniis, & Gallia Ciſalpina, præſidiis ac nauibus confirmata: miſſis item in oram Illyrici maris,& in Achaiam omnẽ q; Gręciam nauibus,Italiæ duo maria maximis claſſiſibus firmiſſimisq; præſidiis adornauit:Ipſe autem,vt a Brunduſio profect⁹ eſt,vnde quinquageſimo die totam ad Imperium populi Romani Ciliciam adiunxit:omnes qui vbiq; prędones fuerunt,partim capti iterfectiq; ſũt, partim vnius huius imperio ac poteſtati ſe dediderũt Idem Cretenſibus,cum ad eum vſq; i Pamphiliam .Legatos deprecatoreſq; miſiſſent, ſpem deditionis nõ ademit,obſideſq; imperauit. Ita tantum bellum tam diuturnum,tam longe lateque diſperſum,quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Põpeius extrema hyeme apparauit, ineunte vere ſuſcepit, media æſtate cõfecit.Eſt hęc diuina atq; incredibilis virtus Imperatoris.Quid cæteræ,quas paulo ante commemorare cœperam,quantæ atq; quam multę ſunt? Nõ enim bellandi virt⁹ ſolum in ſummo perfectove Imperatore quærẽda eſt,ſed multæ ſũt artes eximiæ, hui⁹ adminiſtræ comitesque virtutis. Ac primum,quãta innocẽtia debent eſſe Imperatores?quanta deinde omnib⁹ in rebus tẽperã-
Felicitate. tia? quãta fide? quãta*facilitate?quãto ingenio? quãta humanitate?quę breuiter qualia ſint in Cn. Põpeio cõſiderem⁹.Sũma em̃ ſũt oĩa Quirites.ſed ea magis ex aliorũ cõtentione,q̃ ipſa per ſeſe cognoſci atq; intelligi poſſunt.Quẽ em̃ poſſum⁹ Imperatorẽ aliquo i numero putare,cui⁹ in exercitu vęneãt centuriatus, atq; vęnierint?

Quum in Italiam ſe recepiſſet)His ducibus diſpoſitis Pompeius Romam rediit,quia Piſo Cos.apparatum naualem ſolueret,militeſq; ſtipendiis liberaret.

Duabus Hiſpanijs) Vlteriore & citeriore. Italię duo maria) Tyrrhenum & Hadriaticum. Vt a Brunduſio profectus eſt) Poſtquam Romam redierat. Idē Cretēſibus) Poſt Ciliciam, piratarum receptaculum alterum Creta erat. Q. Metello Proconſ. bellum aduerſus Cretenſes ante mandatum eſt, q̃ piratas perſequi Pompeius iuſſus eſſet. Piratas multos ibi Metellus morte multauit. eandē pœnam metuentes reliqui prædones a Metello obſeſſi, Pompeiū in Cretam ſuppliciter inuitabant, vt ei ſe ipſi dederent, q̄ Creta ſub eius imperio eſſet. Itaque Pompeius Metello ſcripſit, vt ab eorum oppugnatione deſiſteret, mandauitque inſulæ ciuitatibus ne Metello parerent: eoq; Legatum L. Octauium miſit. Is in vrbem obſeſſam cum præſidio ingreſſus, piratis contra Metellum auxiliū tulit, non tamen ceſſit Metellus, obſeſſos ad deditionem compulit, de hiſq; ſupplicium ſumpſit. Octauium traductum, & per cōtumeliam in caſtris habitum dimiſit. Authores ſunt T. Liuius lib. xcix. & Plutarchus. Quod Pompeio turpe fuit, id contexit, inq; laudem eius conuertit. Metello enim gloriam rerum ſuarum geſtarum tollere, turpe fuit: turpius autem Pompeium gloriam ſuam cū prædonum cauſa coniungere. In Pamphiliam) quæ regio in minori Aſia inter Ciliciam & Syriam eſt. Deprecatores) id eſt qui pro ſe Pompeium deprecarentur. Terentius precatores, vulgus interceſſores appellat, vbi quid offenſæ admiſſum eſt. Obſideſq; imperauit) id eſt imperauit, vt darent obſides. vt in oratione pro M. Fonteio, Magnas pecunias ad eorum ſtipendium, maximum frumenti numerum ad Hiſpanienſe bellum tolerandum imperauit. Extrema hyeme) id eſt extrema parte hyemis. vt ante dixit, extrema pueritia. Hic attēdere licet partium anni diuiſionem vt dicamus ineunte vere, quod Virgilius dicit, Vere nouo, medio vere, & extremo vere. Itidem de alijs anni partibus dicere licet. Significat autem amplius quatuor menſes hoc bellum apparatum ſuſceptū & confectum fuiſſe. Piratas intra xl. diem toto mari expulſos eſſe Liuius ſcribit lib. xcix. Plutarchus hoc bellum tribus menſibus. Appianus. cxx. diebus confectum dicit. Artes) id eſt virtutes. Ars enim ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id eſt a virtute appellata eſt. Adminiſtræ) id eſt famulæ & miniſtræ. Quanta facilitate) non quanta felicitate legendum eſt. Quanto ingenio) id eſt quanto conſilio, quanta dicendi grauitate & copia. Qualia ſint) In codicibus alijs quanta ſint, non abſurde legitur. Ex aliorum contentione) id eſt comparatione. Valet enim comparatio ad amplificationem aut ad extenuationem. Quem enim poſſumus imperatorem) de Pompeij innocentia dicit. Eſt autem innocentia, vt ait Cicero in libro Tuſculanarum Quæſtionū tertio, affectio talis animi, vt nemini noceat. Idem in lib. v. innocentem dici eum qui non noceat ſcribit. Aliquo in numero) id eſt aliquo in ordine imperatorum. Væneant centuriatus) male rem ſe habere Cicero dicit in lib. de Officijs, quum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Centuriatus enim (qui Centurionis officium eſt) reliquaq; militaria officia virtuti militum mandari debent.

Deprecatores & precatores.

Imperare obſides.

Extrema hyeme.

Ineunte vere.

Medio vere.

Innocentia

conijcere licet alios quoq; Trib.pleb.antea idem feciſſe. Romæ in quæſtu reliquerit)In hiſtoria ſacra parabola eſt de patrefamilias, qui peregre proficiſcens ſeruis ſuis pecuniam ſuam diſtribuit. Alij enim dedit talenta quinq;, alij duo, alij vnum. Ab his diſcedēs, vt ait Lucas, Negociamini, inquit, dum venio. Hic autem pecuniam ſuā in quæſtu reliquit.

Pecuniā in quæſtu relinquere.

Veſtra admurmuratio.)Populū Romanū admurmuratione & acclamatione ſolitū eſſe probare quod publice aut fieret aut diceretur, ſcripſimus in commentarijs in orationē pro M.Marcello. Itaq; ſignificabat pop.Rom. vera eſſe quæ Cicero diceret. Ad hunc admurmurationis morem alludit Virgilius in libro Aeneidos primo, Talibus Ilioneus, cuncti ſimul ore fremebant Dardanidæ. Nec de Troianorum indignatione intelligi debet.

Admurmurare.

Virg. locus.

Quocunq; ventum ſit)ſiue in noſtras prouincias, ſiue in ſociorum & amicorum popu. Roma. agros & ciuitates. Ferant)id eſt afferant non tam propter ſtipendiorum inopiam, quam propter imperatoris incontinentiam. De hac calamitate antea Cicero, Eiuſmodi, inquit, in prouinciam homines cum imperio miſimus, vt etiam ſi ab hoſte defendant, tamen ipſorum aduentus in vrbes ſociorum non multum ab hoſtili expugnatione differant.

Oppida ciuiuū Romanorum)id eſt per colonias & municipia. Recordamini, tum facilius)Quantas calamitates Romani exercitus exteris nationibus afferant a difficiliori probat. Difficilius eſt enim agros & oppida ciuium Romanorum, quam exterarum nationum vexare. An Hybernis)Romani Imperatores quas vrbes hoſtium æſtate ceperant, eas inſtante hyeme firmis præſidijs muniebant, exercitumq; in vrbes propinquorum ſociorum in hyberna deducebant.

Neq; enim poteſt exercitum is continere Imperator, qui ſeipſum non continet: neq; ſeuerus eſſe in iudicando, qui alios in ſe ſeueros eſſe iudices non vult. Hic miramur hunc hominem tantum excellere cæteris, cuius legiones ſic in Aſiam peruenerunt, vt non modo manus tanti exercitus, ſed ne veſtigium quidem cuiquam pacato nocuiſſe dicatur? Iam vero quemadmodum milites hybernent, quotidie ſermones, ac literæ perferūtur: non modo, vt ſumptum faciat in militem, nemini vis affertur, ſed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. Hyemis enim, non auaritiæ perfugium maiores noſtr in ſociorum atq; amicorum tectis eſſe voluerunt. Age vero cæteris in rebus quali ſit temperantia, conſidera-

te. Vnde illam tantam celeritatem, & tam incredibilẽ curſum * inuentũ putatis? Non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut vẽti aliqui noui tam celeriter in vltimas terras pertulerunt: ſed hæ res, quæ cæteros remorari ſolent, non retardarunt. nõ auaritia ab inſtituto curſu ad prædã aliquã reuocauit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas vrbis ad cognitionem, nõ deniq; labor ipſe ad quietem. Poſtremo ſigna, & tabulas, cæteraq; ornamenta Græcorum oppidorũ, quæ cæteri tollenda eſſe arbitrãtur, ea ſibi ille ne viſenda quidem exiſtimauit. Itaq; omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium ſicut aliquem non ex hac vrbe miſſum, ſed de cælo delapſum, intuentur. Nunc deniq; incipiunt credere, fuiſſe homines Rom. hac quondam abſtinentia: quod iam nationibus exteris incredibile ac falſo memoriæ proditum videbatur.

*finitum.

Neq; enim poteſt) ſentẽtia eſt. Solẽt eñi ſubditi tales eſſe quales eorũ ſunt principes. Cicero in lib. Epiſt. familiariũ. j. Erãt, inquit, hæc animaduertẽda in ciuitate, quæ ſunt apud Platonẽ noſtrũ ſcripta diuinitus: Quales in repub. principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe ciues. Eodẽ authore lib. de Legib9 tertio, vt cupiditatib9 principũ & vitijs infici ſolet tota ciuitas: ſic emendari & corrigi cõtinẽtia. Idẽ paulo poſt, Nec tãtũ mali, eſt peccare principes, q̃q̃ eſt magnũ hoc per ſe ipſum malũ, quãtũ illud, quod permulti etiã imitatores principũ exiſtũt. Nam licet videre, ſi velis explicare memoriã tẽporũ, qualeſcunq; ſummi ciuitatis viri fuerint, talẽ ciuitatẽ fuiſſe: quæcunq; mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo ſecuturã. Idq; haud paulo eſt verius, q̃ q Platoni noſtro placet, qui muſicorũ cantibus ait mutatis mutari ciuitatum ſtatus. Ego autem nobilium vita victuq; mutato mores mutari ciuitatum puto. Quo pernicioſius de repub. merentur vitioſi principes: q non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem: neq; ſolum obſunt, q illi ipſi corrumpuntur, ſed etiã q corrumpũt: pluſq; exemplo q̃ peccato nocẽt. Exercitũ is cõtinere, Cõtinentia & abſtinẽtia a Valerio Maximo lib. iij. dicuntur fere pro eadẽ re, hoc eſt pro virtute ea quæ auaritiã libidinẽq; coercetat. Pro vtroq; cõtinẽtiam Cicero dici

Principum vitã ſubditi imitanſ.

Cõtinẽtia.

lib. Epiſtolarum ad Quintum Fratrem primo, Quid eſt, inquit, negocij continere eos quibus præſis, ſi te ipſe contineas? Idem paulo poſt, quum eundem ſe continere dicit, Tu, inquit, tum pecuniæ, tum voluptati, tum omnium rerum cupiditati reſiſtes, vt facis. Hic tamen Cicero continentiam dicit, virtutem quę prohibeat alienis bonis iniuſte manus afferre, quæ eadem innocentia eſt. quæ auaritiæ inimica eſt. Temperantiam vero intelligit, quę voluptates reprimat.

Cõtinentia

Qui ſeipſum non continet) id eſt, qui ab alienis diuitijs manus non abſtinet. Seuerus in iudicando eſt is, qui nihil reo ignoſcit, nihil de pœna legibus conſtituta remittit: qui in iudicando nec gratiam, nec odium, nec preces, ſed verum ſequitur. Inde ſeuerum appellatum putant. Iudicem oportere eſſe ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, immiſericordem, inexorabilem. Eſt apud A. Gellium libro decimoquarto, Viri fortes ſi quid deliquerint, ignoſci ſibi nolunt. M. Cato dicebat ſe pro collato beneficio malle gratiam non accipere, q̃ pro illata ab ſe alijs iniuria pœnam non ſubire, omnibuſq; qui peccarent q̃ ſibi veniam dare, author eſt Plutarchus in Apophthegmatis. In Aſiam) id eſt in Cilicиam & in Pamphyliã in bello Piratico. Pacato) id eſt qui hoſtis non eſſet. Quemadmodum milites hybernent) Cn. enim Pompeius quo tẽpore de ferenda lege Manilia agebatur, caſtra ad Ciliciam habebat, vt ſcribit Appianus.

Seuer⁹ in iudicando.
Vir fortis ignoſci ſibi nõ vult ſi deliquerit.

Sumptum faciat in militem) id eſt vt pecunia, vel veſtis, vel commeat⁹ detur militibus. Cupienti) facere, ſcilicet Tantam illam celeritatem) in piratis perſequendis. Inuentum) alij initum legunt. Nõ auaritia) vt Luculli milites. Curſu) id eſt nauigatione. Non libido ad voluptatem) vt C. Verrem Lampſaci detinuit. vt Sepiaſia Annibalis robur molliuit. Non nobilitas vrbis ad cognitionem) Pompei⁹ poſtquã ſoluit Brunduſio de negocio ſuſcepto ſollicitus, quũ vrbes cęteras prætermitteret, Athenas tamen aduenit, rem ſacram fecit, ſed habita concione populi ex templo diſceſſit, vt in eius vita Plutarchus ſcribit. Labor ipſe ad quietem) Solent enim imperatores militibus labore aut via fatigatis concedere, vt curent corpora, ſeque reficiant. Signa & tabulas) Signorum & tabularum antiqui Romani ſtudioſi erant, vt hac ætate nobiles & Pontifices argenteorum aureorumque vaſorum, quibus menſas abacosque exornent.

Tabulas) id eſt picturas. vt in libro Epiſtolarum. j. ad Quintum Fratrem Cicero picturas appellat. Præclarum eſt, inquit, ſũmo cum Imperio fuiſſe in Aſia triennium: ſic, vt nullum te ſignum, nulla pictura, nullum vas, nulla veſtis, nullum mancipium, nulla forma cuiuſq;, nulla conditio pecunię (quibus rebus abundat iſta prouincia) ab ſumma integritate continentiaq; deduxerit. Quę cæteri) Imperatores. Tollenda) & Romam in ſuas domos aſportanda. In his locis) id eſt in Aſia. Sed de cœlo lapſum) vt ad Quintum Fratrem Cicero, Græci inquit, ſic te viuentem intuebuntur, vt quendam ex annaliũ memoria, aut etiam e cœlo diuinũ hoiem eſſe in prouinciã delapſũ putent. Nunc deniq;) id eſt nũc primũ. Id enim tũ dicit, quũ aliquid ante fieri aut dici oportuiſſe ſignificam⁹. Homines Romanos) vt Curium Dentatũ, & Fabricium, qui tan

De cœlo lapſus.
Nũc deniq;

tatis, quo non illius diei fama peruaſerit, cum vniuerſus populus Romanus referto foro, repletiſq; omnibus templis, ex quibus hic locus conſpici poteſt, vnum ſibi ad commune omnium gentium bellum Cnæum Pompeium Imperatorem depopoſcit? Itaq; vt plura non dicam, neq; aliorum exemplis confirmem, quãtum huius authoritas valeat in bello, ab eodem Cnæo Pompeio omnium rerum egregiarum exempla ſumãtur: qui quo die a vobis maritimo bello præpoſitus eſt Imperator, tanta repente vilitas annonæ ex ſumma inopia & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt, vnius hominis ſpe & nomine, quantam vix ex ſumma vbertate agrorum diuturna pax efficere potuiſſet.

Quantum dicendi grauitate & copia valeat) Id ante ex Ciceronis verbis docuimus. Cicero in Oratione poſt reditum ad Quirites laudat maxime tripertitam illam orationem de ſuo reditu, quam Cnæus Pompeius ad populum habuit. Hoſtes) Piratæ, quos in deditionem accepit, iiſque fidem ſeruauit. Eſtq; argumentum a minori ad maius. Tranſmittendum) Tranſmittere bellum eſt belli onus alij decernere. Quum ſciamus homines &c.) ſententia eſt: opinione famæ, & certa aliqua ratione mouentur homines, vt aliquem contemnant aut metuant &c. Contemnere contrarium eſt metuere. Illius diei) quo perlata lex Gabinia eſt. Referto foro &c.) Comitium foro ita propinquum erat, vt pro eo forum ſæpe dicatur. Circũ forum multa templa fuiſſe Aſconius ſignificat, quum pro templis omnibus circum forum præſidia in cauſa Milonis a Pompeio diſpoſita ſcribit. Vilitas annonæ) Id diuino numine comprobatum ſignificat: vt de ſuo reditu dicit in oratione pro domo ſua, Quum de mea, inquit, dignitate in templo Iouis Maximi Senatus frequentiſſimus vno iſto diſſentiẽte decreuiſſet, ſubito illo ipſo die cariſſimam annonam necopinata vilitas conſecuta eſt. Erant qui deos immortales, id quod ego ſentio, numine ſuo reditum meum dicerent comprobaſſe. Rei frumentariæ) id eſt frumenti, vt in lib. Epiſtolarum ad Quintum Fratrem primo, Nullas, vt opinor, inſidias hoſtiũ, nullam prælij dimicationem, nullam defectionem ſociorum, nullam inopiam ſtipendij, aut rei frumentariæ, nullam ſeditionem exercitus pertimeſcimus.

Tranſmittere bellum.

Forum & Comitium.

Vilitas annonæ.

Iam accepta in Pōto calamitate,ex eo prælio, de quo vos pauloante inuitus admonui, cū ſocii pertimuiſſent, hoſtium opes animiq̧ creuiſſent,& cū ſatis firmū præſidium prouincia nō haberet, amiſiſſetis Aſiā Quirites, niſi ipſum id temporis diuinitus Cn.Pompeiū ad eas regiones fortuna populi Ro.attuliſſet. Huius aduent⁹ & Mithridatem inſolita inflammatū victoria continuit,& Tigranē magnis copiis minitantē Aſiæ retardauit. Et quiſq̄ dubitabit,quid virtute ✶profecturus ſit, qui tātū authoritate ✶ profecerit?aut q̄ facile imperio atq̧ exercitu ſocios,& vectigalia conſeruaturus ſit,qui ipſo noīe ac rumore defenderit? Age vero, illa res quantam declarat eiuſdē hominis apud hoſtes po.Ro. authoritatē, q̄ ex his locis tam longinquis,tam diuerſis, tam breui tempore,omnes vna huic ſe dediderunt? q̄ Cretēſiū Legati,cū in eorum inſula noſter Imperator,exercituſque eſſet,ad Cn.Pompeiū in vltimas prope terras venerūt, eiq̧ ſe omnes Cretenſium ciuitates dedere velle dixerūt? Quid?idem ipſe Mithridates,nonne ad eundem Cn. Pompeium Legatum vſq̧ in Hiſpaniam miſit? eumq̧ Pompeius Legatum ſemper iudicauit?ii, quibus ſemper erat moleſtum,ad eum potiſſimū eſſe miſſum ſpeculatorēq̄ Legatū iudicari maluerunt. Poteſtis igitur iā cōſtituere Quirites,hāc authoritatem multis poſtea rebus geſtis, magniſq̧ veſtris iudiciis amplificatam, quantum apud illos reges,quantū apud exteras nationes, valiturā eſſe exiſtimetis.Reliquum eſt vt de felicitate(quā præſtare de ſeipſo nemo poteſt,meminiſſe,& cōmemorare de altero poſſumus,ſicut æquū eſt homini de poteſtate deorum)timide & pauca dicamus. Ego enim ſic exiſtimo.

✶perfectu-rus.
✶perfecerit

Iam accepta calamitate)quum a Mithridate C. Triarius deuictus eſt. Inuit' admonui)quum dixit Cicero, Sinite hoc loco Quirites, ſicut poetæ ſolent, qui res Romanas ſcribunt. Id ipſum eius temporis)id eſt eo ipſo tempore. Id tẽporis & id ætatis a Cicerone ſæpe dici alias admonuimus. Ad eas regiones) id eſt in Aſiam minorem ad bellũ Piraticum. Inſolita)id eſt magna, aut non ſolita. ſæpiſſime enim Mithridates victus fuerat, rariſſime victor. Inflammatum victoria.)Eſt enim victoria inſolens natura & ſuperba, vt pro M. Marcello Cicero dicit. Tigranẽ magnis copijs.)Tigranes enim magnis copijs Mithridatem ex Armenia in Pontum redeuntem ſecutus eſt. Aduerſus quẽ quũ duceret exercitum Lucullus, ne ſe cum Mithridate coniungeret, ab Senatu vt Plutarchus ait, reuocatus eſt. Quid virtute.)A faciliori ſuadet. Nam ſi abſens Pompeius authoritate tantum profecit, proficiet facilius preſens virtute. Ex locis tam longinquis.)De Piratis intelligit. Noſter Imperator.)Q. Metellus: cui Proconſuli bellum aduerſus Cretenſes mandatum erat. In vltimas prope terras.)In Pamphiliam veniſſe diximus. Omnes Cretenſium ciuitates.) Non ſolum piratas, qui ab Metello obſidebantur, ſed reliquos quoq; Cretenſes optaſſe venire in deditionem Pompeij dicit. Idem ſignificat Liuius libro centeſimo, qui a Pompeio Legatum in Cretam miſſum dicit ad accipiẽdas vrbiũ deditiones. Erat moleſtum.)ex inuidia, quod ad ſe quoq; miſſus non fuiſſet. Metellum autem & Perpennam ſignificare videtur, quibus exercitus quoq; in Hiſpania commiſſi erant contra Sertorium, quo tempore Cn. Pompeius Quæſtor adhuc cum imperio Conſulari aduerſus Sertorium miſſus eſt. Speculatorem.)id eſt exploratorem. Vero autem ſimile magis eſt eum ſpeculatorẽ q̃ Legatum fuiſſe, quod contra Sertorium in Hiſpaniam Pompeius miſſus ſit, cum Sertorio autem Mithridates fœdus fecerit. Magnis veſtris iudicijs.) quæ de Pompeio feciſtis. quum ei Sertorianum bellum, itemq; maritimum contra piratas, cum imperio Cõſulari mandauiſtis. Præſtare.)id eſt prædicare, niſi forte prædicare non præſtare legendum eſt. vt in primo de Officijs, Deforme eſt de ſeipſo falſa præſertim prędicare. Ego enim ſic exiſtimo.)Vt ludentium ita bella gerentium, alios miſeros, alios felices videmus. Vt in ludis ita in bellis, qui felices ſunt, interim vincuntur: & qui miſeri, interim vincunt: & qui principio vincunt, poſtremo vincuntur. Eſt igitur magna ludi & belli ſimilitudo, quum bellum ipſum maior ſit fortunæ quaſi ludus. Illud autem vſu ſolet euenire, vt iſtiuſmodi felicitas perpetua non ſit. eam enim qui nacti ſunt, ad extremum miſere, aut victi, aut mortui ſunt. Alexander Magnus veneno necatus eſt. Scipio Africanus maior a ſuis eiectus in exilio perijt. Profugus Annibal veneno ſibi mortem conſciuit. Scipioni Africano minori in ædibus quieſcenti vis allata eſt. Quis autem ex Romanis victoriarum atq; triumphorum gloria Cn. Pompeio clarior atq; felicior? is miſere victus a Cæſare, miſerius obtruncatus eſt. Iam Cæſarem victorẽ in Capitolio necatum nemo neſcit. Adde etiã ſi libet vrbis Romæ felicitatem, cuius fuit tantum Imperium, quantum nulli?

Ludi & belli victoriæ

Felicitas nulla perpetua.

ciuitatis, quæ miſere amiſſo Imperio ſæpe capta eſt, & abhinc triennium ab Hiſpanis & Germanis vexata eſt. Illudq; verũ eſt, quod in Agamemnone Seneca ſcribit, Nulla longi temporis felicitas.

Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & cæteris magnis Imperatoribus, non ſolum propter virtutem, ſed etiam propter fortunam, ſæpius imperia mandata atque exercitus eſſe commiſſos. Fuit enim profecto quibuſdã ſummis viris quædam ad amplitudinem & gloriam, & ad res magnas bene gerendas, diuinitus adiuncta fortuna. De huius autem hominis felicitate, de quo nunc agimus, hac vtar moderatione dicendi: non vt in illius poteſtate fortunam poſitam eſſe dicam, ſed vt præterita meminiſſe, reliqua ſperare videamur: ne aut inuiſa diis immortalibus oratio noſtra, aut ingrata eſſe videatur. Itaque non ſum prædicaturus, Quirites, quanta ille res domi militiæque, terra marique, quantaque felicitate geſſerit: vt eius ſemper voluntatibus, non modo ciues aſſenſerint, ſocii obtemperarint, hoſtes obœdierint, ſed etiam venti tempeſtateſq; obſecundarint.

Maximo) qui cunctando reſtituit rem, qui Dictator & quinquies Cõſul fuit. Marcello) M. Claudius Marcellus Annibalis exercitum ad Nolam fudit atq; vicit, primuſq; omnium tot cladibus feſſis Romanis meliorem ſpem belli dedit. Idem Syracuſas expugnauit. Idem fuit quinquies Cõſul. Scipioni) vel maiori, qui anno quarto & vigeſimo cum Imperio Conſulari in Hiſpaniam miſſus, inde Pœnos eiecit. Inde Conſul Annibalem ex Italia redire in Africam coegit. Eo victo Carthaginenſes accipere conditiones pacis coegit. vel Scipioni minori, qui bis ſolutus legibus, bis Conſul factus duas vrbes opulentiſſimas euertit Carthaginem & Numãtiam. Mario) qui nouus homo Iugurtham Regem vicit cepitq;, qui Theutones, Ambrones, Cimbros penitus deleuitq; qui

Meminiſſe ſepties Conſul fuit. Meminiſſe) More dicendi Græcorum hic vſum Cicero-

nem arbitror. Ij enim pro gerundijs, quibus carent, vtuntur infinitiuo, Memini autẽ nullũ gerundiũ habet. Hæc igitur ſententia eſt, vt præterita recordando reliqua ſperare videamur. Nam futurorum ſpes ex pręteritorũ memoria perſæpe naſcitur. Inuiſa) ſi dicerem fortunam eſſe in poteſtate Pompeij.

id eſt recordando.

Aut ingrata.) Acceptorum enim beneficiorum commemoratio animi gratitudinem oſtendit. Non ſum prædicaturus.) Occupatio eſt. Aſſenſerint.) Aſſentior fere omnes dicunt, Siſenna vnus aſſentio in Senatu dicebat, & cum poſtea multi ſecuti, neq; tamen vincere cõſuetudinem potuerunt. Author eſt M. Varro, vt ait A. Gellius libro ſecundo. Vt autem impertio & impertior, reuerto & reuertor, munero & muneror, aliaque eiuſdem generis permulta: ita aſſentio & aſſentior authores grauiſſimi dixerunt. Ouidius in libro Faſtorum ſexto, Sic cecinit Clio, doctæ aſſenſere ſorores. Idem in libro Metamorph. tertio, Dixerat, aſſenſit precibus Rhamnuſia iuſtis. Idem libro decimoquarto, Aſſenſere dei, nec coniunx regia vultus Immotos tenuit. Virgilius libro Aeneidos ſecundo, Aſſenſere omnes, & quæ ſibi quiſq; tenebat, Vnius in miſeri exitium conuerſa tulere. Hac voce T. Liuius perſæpe vſus eſt. vt libro viceſimo ſecundo, Varroni fere omnes, Paulo nemo præter Seruilium prioris anni Conſulem aſſentirent. Libro viceſimo ſexto, Si aliquibus aſſentire neceſſe eſt, media ſimillima veris ſunt. Libro viceſimoſeptimo, Sed tum quoque aut verbo aſſentiebat, aut pedibus i ſententiam ibat. Nihil minus ſæpe vſus Cicero eſt vt in libro Epiſtolarum familiarium primo, Aduertebatur Pompeij familiares aſſentire Volcatio. Libro ad Atticum primo, Homines ad quindecim Curioni nullum ſenatuſconſultum facienti aſſenſerunt facile. Libro ſecundo, Cenſuit hoc Cato, aſſenſit Senatus equiti. Libro decimoquarto, Is plane mihi probabat ſe aſſentire & cupere pacem. Tam multis res mihi prębanda exemplis fuit, propterea quod male loqui latine permulti exiſtiment eum, qui aſſẽtire dicat. Hanc enim vocem poſt Siſennam vſu inualuiſſe plurimi non putãt.

Aſſentio & aſſentior.

Venti tempeſtateſq; obſecundarint) Quum piratas Pompeius perſequeretur, eos tam breui tempore e mari non eieciſſet, niſi ventos ſecundos & ſerenitatem habuiſſet. Tempeſtates) id eſt ſerenitates. Aulus Gellius lib. xij. inter vocabula quæ in vtranq; partem accepta enumerat, tempeſtatem adiungit. Tempeſtatem pro temporis ſerenitate a Vergilio ſæpe dici attẽdimus. vt in lib. Aeneidos primo, Nymborumq; facis, tempeſtatumq; potentem. Prius enim Iuno Aeolo dixerat, Tibi diuum pater atq; hominum Rex, Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos. Ventus enim affert nymbos & ſerenitatem. Idem in eodem, Olli ſubridens hominum ſator atq; deorum Vultu, quo cœlum tempeſtateſq; ſerenat. Item in lib. ix. Vnde hęc tam clara repente Tempeſtas. Tempeſtatem medium eſſe vocabulum Seruius dicit, ideoq; clara tempeſtate dicitur. Obſecundarint) id eſt ſecundæ & proſperæ fuerint.

Tẽpeſtas pro ſerenitate.

Obſecundare.

hoc breuiſſime dicam, Neminem vnq̃ tam impudentẽ fuiſſe, qui a diis immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare, quot & quãtas dii immortales ad Cnęũ Pompeium contulerunt. quod vt illi proprium ac perpetuum ſit Quirites, cum communis ſalutis atque imperii, tum ipſius hominis cauſa (ſicuti facitis) velle & optare debetis. Quare cum & bellum ita neceſſarium ſit, vt negligi non poſſit: ita magnum, vt accuratiſſime ſit adminiſtrandum: & cum ei Imperatorem præficere poſſitis, in quo ſit eximia belli ſcientia, ſingularis virtus, clariſſima authoritas, egregia fortuna: dubitatis Quirites, quin hoc tanti boni quod a diis immortalibus oblatum & datum eſt in Rempublicam conſeruandã atq; amplificandam, conferatis? Q̃ ſi Romæ Cnæus Pompeius priuatus eſſet hoc tempore, tamen ad tãtum bellum is erat deligendus atque mittendus: nunc cum ad cæteras ſummas vtilitates hæc quoq; opportunitas adiungatur, vt in his ipſis locis adſit: vt habeat exercitum: vt ab iis qui habent, accipere ſtatim poſſit: quid expectamus: aut cur non ducibus diis immortalibus, eidem, cui cætera ſumma cum ſalute Reipub. commiſſa ſunt, hoc quoque bellum regium committamus? At enim vir clariſſimus Reip. & veſtris beneficiis ampliſſimis affectus Q. Catulus, itẽq; ſummis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus Q. Hortenſius, ab hac ratione diſſentiunt: quorum ego authoritatem apud vos multis locis plurimum valuiſſe, & valere oportere confiteor: ſed in hac cauſa, tametſi cognoſcitis authoritates contrarias fortiſſimorum virorum & clariſſimorum, tamen omiſſis authoritatibus ipſa

re,& ratione exquirere poſſumus veritatem:atq; hoc facilius ꝙ ea omnia,quę a me adhuc dicta ſunt,iidem iſti vera eſſe concedunt,& neceſſarium bellum eſſe,& magnum,& in vno Cn.Pompeio ſumma eſſe omnia.Quid igitur ait Hortenſius?ſi omnia vni tribuenda ſunt, vnū digniſſimum eſſe Pompeium,ſed ad vnū tamen omnia deferri non oportere.

Proprium ac perpetuum)Proprium pro perpetuo dici Nonius Marcellus teſtis eſt. Quum communis ſalutis)Hic attendas particulam quum adiungi cū dictione maioris momenti,& tum minoris,quod eſt contra Grammaticorum præcepta. Quare quum & bellum)Concludit Cicero Cn.Pompeio Mithridaticum bellum hac Manilia lege mandandū eſſe. Sed in hac concluſione per capita repetit ea quæ dixit. Quod ſi Romæ) Argumentum a fictione eſt. In his ipſis locis adſit) vbi bellum cum Mithridate gerendum ſit. Ab his qui habēt)id eſt ab his Romanis qui in prouincijs propinquis imperio ſunt. Ducibus dijs immortalibus) A deorum authoritate ſuadet, quorum nutu & voluntate factum videtur,vt nunc in Aſia cum exercitu Pompeius ſit . Hac deorum authoritate Cicero alibi quoq; ſæpe vtitur authore Quintiliano lib. v. In libro de reſponſis Aruſpicum,in concione cōtra Catilinam,quæ inuectiua tertia appellatur,& pro Ligario,Quum cauſam C.Cæſaris meliorem,q̄ dij hoc iudicauerint,confitetur. At enim vir clariſſimus)Refutat ſententias Hortenſij & Catuli,qui legem Maniliam diſſuadentes vni Pompeio omnia tribuēda eſſe negauerunt. Veſtris beneficijs ampliſſimis affectus)id eſt ſuffragijs veſtris factus conſul.Q.enim Catulus cum M.Lepido fuit Conſul.Vt enim Conſulatus magiſtratus eſt ampliſſimus,ita ſuffragia pro Conſulatu beneficia ſunt ampliſſima. Summis ornamētis honoris)id eſt conſulari dignitate.Hortēſius enim Conſul deſignatus erat,quum Verris cauſa agebatur. Ingenij)Nam eloquentiſſimus erat Hortēſius.In oratione iudiciali fit vt contra aduerſarium dicatur, quamuis id Quintilianus lib.iiij.vetet.In deliberatiua autem ſi qua ſunt authoritate qui contra ſentiunt,hi vituperandi non ſunt.Catulum & Hortēſium laudat Cicero,ſed veritatem potius q̄ rerum authoritatem ſpectari oportere dicit.

Quū & tū.

Multis locis)id eſt ſæpe & multis temporibus.Locus enim pro tempore dicitur.Hinc locum actionis Stoici dicunt eſſe opportunitatem temporis,vt ait Cicero in primo de Officijs. Authoritates contrarias)Alij enim hanc legē ſuadent,alij diſſuadent. Adhuc).i.hucuſq;. Et neceſſarium bellum eſſe) Hæc tria ſunt quæ præcipue dixit Cicero,vt in partitione erat pollicitus.

Locus pro tempore.

Obſoleuit iam iſta ratio,re multo magis,q̃ verbis refutata . Nam tu idem Quinte Hortenſi , multa pro tua ſumma copia ac ſingulari facultate dicendi,& in Senatu contra virum fortem Aulum Gabinium grauiter ornateq; dixiſti, cum is de vno Imperatore contra prædones conſtituendo legem promulgaſſet:& ex hoc ipſo loco permulta idem cõtra legem verba feciſti.Quid tum per deos immortales,ſi plus apud populum Romanum authoritas tua q̃ ipſius Pop.Romani ſalus,& vera cauſa valuiſſet,& hodie hanc gloriam,atq; hoc orbis terræ imperium teneremus ? An tibi tum imperium eſſe hoc videbatur,cum Populi Rom.Legati, Prætoresq; capiebantur? cum ex omnibus prouinciis commeatu, & priuato & publico prohibebamur?cum ita clauſa erant nobis omnia maria,vt neq; priuatam rem maritimam,neque publicam iam obire poſſemus ? Quæ ciuitas antea vnq̃ fuit,non dico Athenienſium , quæ ſatis late quondam mare tenuiſſe dicitur:non Carthaginenſium , qui permultũ claſſe,maritimiſq; rebus valuerũt:non Rhodiorum,quorum vſq; ad noſtram memoriam diſciplina naualis & gloria remanſit.

Obſoleuit iam iſta oratio)oratio & ratio legitur.Priſcianus vero lib. nono legit oratio.vbi enim ſcribit Obſoleo factum ab obs & oleo:non a ſoleo,hunc Ciceronis locum citat. Re)id eſt euentu belli piratici. Refutata)Refutare a Cicerone & Quintiliano potius q̃ confutare dicitur. Pro tua ſumma copia &c.) Solet Cicero in Orationibus & ſuaſorijs iudicialibus eloquentiam ſuam demittere,aduerſarij autem extollere.tum vt aduerſarium auditoribus ſuſpectum faciat,qui eloquẽtia magis q̃ cauſæ veritate nitatur: tum quia authore Quintiliano lib.xj.omnis iactatio,præcipue ea quæ ingenij eſt,oratori turpis eſt. Contra virum fortem.A.Gabinium)Lege Gabinia quid Cn. Pompeio conceſſum ſit eſt apud Plutarchum in vita Pompeij.De hac lege in Senatu actum eſt.Senatus

Refutare.

Lex Gabinia.

promiſit moriturum ſe potius q̄ lex illa perferatur. Ei legi L. Trebellius A. Gabinij Trib.pleb.Collega,interceſſit. Eo perſeuerante Gabinius tribus intro uocare cœpit, vt Trebellio magiſtratū abrogarent, ſicut quondam C.Gracchꝰ tribunus M.Octauio Collegę ſuo magiſtratum abrogauit. Aliquandiu Trebellius ea reperterritus non aderat:perſiſtebatq; in interceſſione,quod dānari magis quam perſeueraturum eſſe Gabinium arbitrabatur. Sed poſtq̄.vij,& x.tribꝰ legem acceperunt,& vna mens eſſet,vt populi iuſſum conficeret, remiſit interceſſionem Trebellius, atq; ita legem Gabinius de piratis perſequendis pertulit: Author eſt Aſconius in commentarijs in orationem Ciceronis pro Cornelio de maieſtate. In qua oratione Cicero A.Gabinium virum fortem appellat:quem,cum ſalutem populo Romano atq; omnibus gētibus finem diuturnæ timiditatis turpitudinis & ſeruitutis afferret,paſſum eſſe negat plus vniꝰ collegæ ſui quam vniuerſæ ciuitatis vocem valere & voluntatem. Fortem igitur appellat,quia contra Senatus voluntatem,& Collegæ interceſſionem hanc legem ferre perſeuerauerit. A.Gabinius is eſt,vt arbitror,qui cū L. Piſone Conſul fuit eo anno,quo Cicero in exilium abijt. Ex hoc ipſo loco) Dicit Hortenſium habuiſſe duas orationes:quibus Gabiniam legem diſſuaderet, vnam in Senatu,alteram in foro. Si plus apud po.)id eſt ſi ſecundum ſententiam tuam lex Gabinia lata non fuiſſet. Eſt autem argumentum a fictione. Vera Vera cauſa
cauſa)id eſt bona.vt in libro de Officijs tertio, Tantum dabit amicitiæ, vt verā amici cauſam eſſe malit. Populi cauſam veram ideo dicit quod Pompeius iudicio populi aduerſus Piratas dux factus victoria potitus eſt, vt pro Q. Ligario Cæſaris cauſam dicit fuiſſe meliorem. Cauſa,inquit, tum dubia, quod erat tum aliquid in vtraque parte,quod probari poſſet. Nunc melior certe ea iudicā da eſt,quam etiam dij adiuuerunt. Legati) Legatos populi Romani & duos Prætores cum lictoribus a prædonibus captos fuiſſe antea dixit. Quod autem hic adiungat Quæſtores, intelligi fortaſſe liceat Quæſtores qui cum illis Cōmeatus
Prætoribus in prouinciam proficiſcebantur. Commeatus nomine hic intelliguntur cibaria ad alimoniam exercitus, ciuitatis, multitudinis alicuius. etiam priuatum commeatum dici, hic locus documento eſt. Oſtendit autem Cicero Imperium Rom. iure appellandum non fuiſſe Imperium ante belli maritimi onus Pompeio Gabinia lege mandatum. Clauſa erant nobis.) Clauſum
Clauſum cuiq̄ mare eſt, quum aut propter ſæuientem tempeſtatem, aut præ: mare
donum pericula nauigare non audet. vt paulo ante, Socijs veſtris ego mare clauſum per hoſce annos dicam fuiſſe, quum exercitus noſtri Brundusio nunquam niſi ſumma hyeme tranſmiſerint. Et in libro Epiſtolarum ad Quintum Fratrem ſecundo, Tuas mirifice literas expecto, atque adhuc clauſum mare ſcio fuiſſe. vt contra pro Archia poeta, Populus Romanus aperuit Lucullo imperante Pontum, & Regis quondam opibus & ipſa natura regionis vallatum. Mare tenuiſſe) Hinc nauali certamine Xerxem vicerunt. Iidem cum Lacedæmonijs maritima pugna ſæpe certantes ad extremum

a Lyſandro victi ſunt. Carthaginenſes maritimis rebus multum valuiſſe Punica bella documento ſunt.

Quæ ciuitas antea vnq̃ tam tenuis, tam parua inſula fuit, quæ non portus ſuos, & agros, & aliquam partem regionis, atque oræ maritimæ per ſeipſa defenderet? At hercle aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus Romanus, cuius vſq; ad noſtram memoriam nomen inuictum in naualibus pugnis permanſit, magna ac multo maxima parte non modo vtilitatis, ſed dignitatis atq; Imperii caruit. Nos quorum maiores Antiochum regem claſſe, Perſenq; ſuperarũt, omnibus naualibus pugnis Carthaginẽſes homines in maritimis rebus exercitatiſſimos paratiſſimoſq; vicerunt: ii nullo in loco, iam prædonibus pares eſſe poteramus. Nos quoq; qui antea non modo Italiam habebamus tutam, ſed omnes ſocios in vltimis oris authoritate noſtri imperii ſaluos præſtare poteramus: tum cum inſula Delos tam procul a nobis in Aegeo mari poſita, quo omnes vndiq; cum mercibus, atq; oneribus commeabant, referta diuitiis, parua ſine muro, nihil timebat: iidem, non modo prouinciis atq; oris Italiæ maritimis ac portubus noſtris, ſed etiam Appia iam via carebamus. Et his temporibus non pudebat magiſtratus populi Romani in hunc ipſum locum aſcendere, cũ eũ vobis maiores * veſtri exuuiis nauticis, & claſſium ſpoliis ornatum, reliquiſſent. Bono te animo Q. Hortenſi, populus Romanus & cæteros, qui erant in eadem ſententia, dicere exiſtimauit ea, quæ ſentiebatis. ſed tamen in ſalute communi idem populus Romanus dolori ſuo maluit, quam authoritati veſtræ obtemperare.

* noſtri

Aliquot annos continous) A.iquot enim annos prædones mari incubue-
runt. Nos quorum majores) A turpitudine & quaſi degeneratione legis
Gabiniæ ferendæ neceſſitatem,eiuſque latæ vtilitatem oſtendit. Antiochi re-
gis præfectos nauali certamine a Romanis victos eſſe, poſtquam Antiochus
ad Thermopylas victus ex Græcia expulſus eſt. T.Liuius libro trigeſimo
ſexto ſcribit. Perſenque) Perſen Macedoniæ Regem a Romanis pugna ma
ritima victum fuiſſe non memini legere. Scribit quidem Plutarchus in Pauli
Aemilij vita apud Orcum viginti magnas naues Romanorum onuſtas aliaſ
que multas a Perſeo vi captas.Sed ad rem nihil.Dicitur autē Perſas,& Perſeus.
De varietatis huius ratione ſcribimus in Progymnaſmatis. Omnibus na
ualibus pugnis) Carthaginenſes in primo bello Punico primum a Cn.Duel
lio Cos.deinde ab Attilio Regulo victos fuiſſe, T. Liuius libro decimoſexto
ſcribit.Eodem tamen authore libro decimonono.Claudius Pulcher Cos.qui cō
tra auſpicia profectus iuſſit pullos mergi,qui cibari nolebant,infeliciter cū Car-
thaginenſibus claſſe pugnauit. In nullo in loco) Pronomen is, ea, id, ad pri-
mam referri hic attende,vt paulo poſt,iidem. Id aliquando T Liuius imitatus Is ad primā
eſt,vt libro ſexto, Vidiſtis in vincula duci vniuerſi eum, qui a ſingulis vobis pe pſonam re-
ricula depuleram.& libro.xxx.De pace agitur, agimuſq; ij quorum & maxime fertur.
intereſt pacem eſſe,& qui quodcunque egerimus,ratum ciuitates noſtræ habitu
ræ ſint. Poſita) id eſt,collocata,& vt cum vulgo dicam, ſituata. Nam ad fabulā
alludere videtur.Quum Teriam iureiurando Iuno aſtrinxiſſet, ne parientem
Latonam ſuſciperet,Latona parturiente Iupiter Irim ad Neptunum miſit, vt
inſulam ab Sicilia auulſam in mari natantem apparere faceret,eamque firmā
in Aegeo mari ſiſteret,vt Latonam exciperet,Lucianus author eſt,inde appella
ta eſt.Nam δῆλος manifeſtus dicitur.Ponere aliquando eſt firmare & certum at- Delos.
que fixum facere:vt in oratione pro A. Cecinna. Eſt hæc res poſita quæ ab ad- Ponere pro
uerſario non negatur.Quintilianus libro tertio de ratione vrbes laudandi præ firmare.
cipiens loci poſitionem appellat, quam ſituationem vulgus diceret. Cicero in
oratione pro domo ſua ponere ædem dicit pro ædificare. Sp. Caſſij domus ob
eandem cauſam euerſa,atq; in eodem loco ædes poſita Telluris. Portubus no Ponere ædē
ſtris) vt Caieta Miſeno & Hoſtia. Appia via a porta Capena vſque ad vrbem Appia via.
Capuam eſt,vt ait Iulius Frontinus in libro de Aquæductibus. His tempo-
ribus) ante legem Gabiniam.Tempora in re mala dicit. In hunc ipſum locū)
id eſt in forum.In foro enim conciones ad populum haberi ſolebant ,vt initio
diximus. Exuuiis nauticis) Antiatibus deuictis eorum naues partim in naua
lia Romam ſubductæ,partim incenſę,roſtriſq; earum ſuggeſtum in foro extru Roſtra pro
ctum adornari placuit, roſtraque id templum appellatum. Author eſt Liuius foro.
libro octauo. Cæteros) vt Catulum alioſque Senatores. Dolori ſuo) Dole-
bat populus Rom.mare oraſque maritimas a prædonibus occupatas eſſe,quū
aliis multis nominibus,tum maxime,q᷑ intercluſi commeatus eſſent,vnde ma-
xima annonæ caritas Romæ eſſet.

Itaq; vna lex, vnus vir, vnus annus, non modo nos vna miſeria aut turpitudine liberauit: ſed etiam effecit, vt aliquando vere videremur omnibus gentibus ac nationibus, terra mariq; imperare. Quo mihi etiã indignius videtur obtrectatum eſſe adhuc, Gabinio dicam, an Põpeio? an vtriq;? (id quod eſt verius) ne legaretur Aulus Gabin. Cn. Pomp. expetenti ac poſtulanti. Vtrũ ille qui poſtulat Legatum ac tantũ bellũ, quem velit, idone⁹ nõ eſt qui impetret? cum cæteri ad expilandos ſocios, diripiendasque prouincias, quos voluerunt, Legatos eduxerint? An ipſe, cuius lege ſalus ac dignitas populo Rom. atque omnibus gentibus cõſtituta eſt, expers eſſe debet gloriæ eius Imperatoris atq; eius exercitus, qui conſilio ipſius atq; periculo eſt conſtitutus? An C. Falſidius, Q. Metellus, Q. Cælius Latinienſis, Cn. Lẽtulus, quos omneis honoris cauſa nomino, cum Tribuni ple. fuiſſẽt, anno proximo Legati eſſe potuerunt? In hoc vno Gabinio ſunt tam diligentes? qui in hoc bello, quod lege Gabinia geritur: in hoc Imperatore atq; exercitu, quẽ per ſe ipſe conſtituit, etiã præcipuo iure eſſe deberet. de quo legãdo, Conſules ſpero ad Senatum relaturos: qui ſi dubitabunt aut grauabuntur, ego me profiteor relaturum.

Turpitudine) Nam turpe erat popu. Rom. etiam portus popu. Rom. qui in Italia ſunt, a piratis occupatos eſſe. Quo mihi) A Gabinium poſtquam abiſſet Tribunatu, Legatum ſibi Pompeius poſtulauit: id tamen impetrare non potuit. Id hic agit Cicero, vt legetur, quatinus bello quoque Mithridatico Legatus maneat. Legatus autem eſt is quem Imperatoris vicarium & locum tenentem vulgo dicunt. Cicero in oratione in Vatinium teſtem Legatos appellat nuncios pacis ac belli, curatores, interpretes, bellici conſilij authores, miniſtros muneris prouincialis. Imperatores autem ad bellum proficiſcentes Legatos poſtulabant, eosque, ſi commodum videbatur, Senatus mittendos decernebat. nam ex huius ordinis authoritate Legati legebantur, vt ait

Cicero in Oratione in Vatinium teſtem. Quo eodem authore pro Q.Liga=
rio Ligarium Senatus primum,deinde Tuberonē in Africam legauerat. Ga
binio dicam.)Dubitatio eſt. Cæteri ad expilandos.)Tales ſunt,qui pecuniam
magiſtratibus diuidunt,aut pecuniā Romæ in quæſtu relinquunt. Quos vo
luerunt.)Eos enim a Senatu impetrauerunt. Niſi fortaſſe intelligat eos, qui cō= Honoris
tra ſenatus voluntatē Legati ſint,qualem Vatiniū fuiſſe Cicero dicit. Honoris cauſa.
cauſa nomino)id perſæpe dicit Cicero,quum viuum aliquem nominat,in quo
aliqua ſuſpitio contumeliæ latere poſſit, vt actione in Verrem ſecunda,Vt Hor
tenſius conſul deſignatus domum reducebatur e campo cum maxima frequen
tia a multitudine, fit obuiam caſu ei multitudini C.Curio, quem ego hominē
honoris potius q̄ contumeliæ cauſa nominatum volo. Id etiam de honeſtiſſi=
mis hominibus aut amiciſſimis dici conſueuit, vt ait idem in Oratione pro
Roſcio Comœdo,Nonne, inquit,quotieſcunq; in cauſa in nomen huius inci=
diſti, toties hunc & virum bonum eſſe dixiſti, & honoris cauſa appellaſti: quod
nemo niſi aut honeſtiſſimo aut amiciſſimo facere conſueuit. Quū Trib.pleb.)
ſignificare videtur hos Trib.pleb.leges tuliſſe de mittendis Imperatoribus,eoſ=
dem poſtquam Tribunatu abiuerunt, Legatos fuiſſe. Arguit igitur a ſimi=
li A.Gabinium legari debere. Tam diligentes.)vt eum ab vrbe nolint amit=
tere. In hoc bello.)maritimo,ſcilicet. Spero Conſules &c.)Scribit T. Liuius
libro tertio nemini ius eſſe habendi Senatum qui ipſe magiſtratus non ſit.Om
nibus autem magiſtratibus id ius non eſt.Scribit A.Gellius capit.ſeptimo,libri Senatū ha=
xiiij.M.Varronem in commentario ad Pompeium ſcripſiſſe,qui fuerint p quos bere,ad ſena
more maiorum Senatus haberi ſoleret, eoſque nominat, Dictatorem, Con= tum referre
ſules,Prætores,Tribunoſ pleb. Interregem, Præfectum vrbi:neque alij præter &ſenatuſcō=
hos ius dicit fuiſſe Senatuſconſultum faciendi.Quoties autem vſu veniebat,vt ſultū facere
omnes iſti magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent,tum quo ſupra ordine cui liceat.
ſcripti eſſent,qui eorū prior aliis eſſet,ei potiſſimū Senatus co nſulendi ius fuiſ=
ſe.Qui autē Senatum habebat, idem ad Senatum referebat.Quum igitur Di=
ctator non eſſet,ſi erant Conſules, illis ſolis ad Senatum referre licebat.Ideoque
egit Clodius Trib. pleb. cum A.Gabinio & L.Piſone Coss.ne ad Senatū refer=
rent de Cicerone ab exilio reuocando. A quibus, vt ait Cicero in Oratione pro
P.Seſtio,flagitabatur quotidie cum querelis bonorū omniū,tum etiam precibus
Senatus,vt meam,inquit,cauſam ſuſciperent,agerent aliquid,deniq; ad Senatū
referrent.Hi non modo negando,ſed etiam irridendo ampliſſimum quenq; il=
lius ordinis inſequebantur. Dubitabunt)id eſt non audebunt aut grauabun=
tur,metuentes malam ab ijs inire gratiam, qui contra ſentient. Grauabun=
tur)id eſt non libenter ſed moleſte facient.vt pro A. Cluentio, Negauit quen=
quam in ciuitate eſſe præter ſe, qui id efficere poſſit. Sed primo grauari cœpit
quod AEdilitatem ſe petere cum hominibus nobiliſſimis, inuidiam atque of=
fenſionem timere dicebat.Idem in Lælio, Ego vero non grauarer,ſi mihi ipſe
conſiderem, Inde grauate, id eſt contra animum,contra cor, vt vulgo dicunt.

Praeter interceſſionem) ne fiat Senatuſconſultum de Gabinio legando.ſ.M. Varro ſcripſit vt ibidem ait A.Gellius, intercedendi ius ne Senatuſconſultum fieret iis ſolis eſſe. qui eadem poteſtate, qua ii qui Senatuſconſultum facere vellent, maioresve eſſent. Ideoq; ſi Cicero Praetor ad Senatum de legando Gabinio referat, ſolis Coſs. aut Collegis eius intercedendi ne fieret Senatuſconſultū, ius eſſet. Qui id liceat) vt referam ad Senatum, ſi Conſules referre aut dubitabunt, aut grauabūtur. Rerumque geſtarum Cn. Pompeio aſcribitur) legendū eſſe ita arbitror, Rerumq; geſtarum gloria Cnaeo Pompeio aſcribitur. Eſt autem aſcribere adiungere. vt qui ciuitate donantur, quia natis ciuibus adiunguntur, aſcriptitii ciues appellantur. qua ex re eſt illa Ciceronis ſimilitudo i libro de Natura deorum tertio, Iam vero, inquit, in Grecia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, Tenedii Tennem Leucotheam, quae fuit Ino & eius Palaemonem filium cuncta Grecia Herculem & Aeſculapium Tyndaridas: Romulum noſtri aliosque complures, quos quaſi nouos & aſcriptitios ciues in coelum receptos putant. Inde aſcribi in ciuitatem in ciuitate & ciuitati Cicero dicit pro Archia poeta, Quae, inquit, quum eſſet ciuitas aequiſſimo iure ac foedere, aſcribi ſe in eam ciuitatem voluit. Item, Data eſt ciuitas Syllani lege et Carbonis, ſi qui foederatis ciuitatibus aſcripti fuiſſent. Item paulopoſt, Quae quum ita ſint, quid eſt quod de ei⁹ ciuitate dubitetis, praeſertim quum aliis quoque in ciuitatibus fuerit aſcript⁹? Reliquum eſt, vt de Q. Catulo) Ciceronem Plutarchus hac in re ſecutus non eſt. Is enim in vita Pompeii Catulum in diſſuaſione legis Gabiniae dixiſſe ſcribit, Pompeio parcendum, nec eum tot periculis belliſq; obiiciendum: & ſi Pompeium amitterent, non eſſe in quo ſpem ciuitas poneret. eundem in legem Maniliam multa inuectum ſepius pro roſtris acclamaſſe iubendo & hortando patres, vti maiorum exemplo mentem animumq; repoſcerent ob publicam libertatem vindicandam. Quum ex vobis quaereret) in legis diſſuaſione. Si quid de eo factum eſſet) id eſt ſi contigeret eum mori. Id autem ominis cauſa euitauit dicere, vt in prima Philippicarum, Si quid mihi humanitus accidiſſet (multa autem impendere videbantur preter naturam etiam, praeterque fatum) huius diei vocem teſtem Reipublice relinquerem meae perpetuae erga ſe voluntatis. Siquid eo factum eſſet, legendū putarem, quod id verbum facere in ea ſignificatione cum ablatiuo ſine praepoſitione adiungi ſoleat. vt pro Aulo Cluentio, Quid iſtis hominibus factum eſt Stratone & Nicoſtrato? Quo in loco plura de hoc dicendi genere ſcribemus proxime. Dixiſtis) id eſt roganti Catulo reſpondiſtis. In hoc ipſo) quod dicat Pompeio parcendum. Quo minus certa eſt) Hominis vita caſib⁹ morbiſq; innumerabilibus obnoxia eſt, eiuſq; exitu nihil eſt quicquam minus certum. Ideoq; negat Cicero in catone Maiore vllum hominem eſſe quantumuis adoleſcentē cui exploratum ſit ad veſperam ſe eſſe victurum. Minus diuturna vita) Nā breue & irreparabile tempus omnibus eſt vitae.

Aſcribere & aſcriptitii ciues.

Aſcribi in ciuitatē in ciuitate & ciuitati.

Factum eo

At enim nihil noui fiat contra exempla atq; inſtituta maiorum. Non dico hoc loco, maiores noſtros ſemper in pace conſuetudini, in bello vtilitati paruiſſe: ſemper ad nouos caſus temporum, nouorum conſiliorum rationes accommodaſſe. Non dicam duo bella maxima, Punicum, & Hiſpanienſe, ab vno Imperatore eſſe confecta: duas vrbes potentiſſimas, quæ huic imperio maxime minitabantur, Carthaginem atque Numantiam, ab eodem Scipione eſſe deletas. Non commemorabo, nuper ita vobis patribusque veſtris eſſe viſum, vt in vno Caio Mario ſpes imperii poneretur: vt idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Theutonis bellum adminiſtraret: in ipſo Cnæo Pompeio, in quo noui conſtitui nihil vult Q. Catulus, q̄ multa ſint noua, ſummaq; Catuli voluntate conſtituta, recordamini. Quid tam nouum, q̄ adoleſcentulum priuatum, exercitum difficili Reipublicæ tempore conficere? confecit. huic præeſſe? præfuit. rem optime ductu ſuo gerere? geſſit. Quid tam præter conſuetudinem, quam homini peradoleſcenti (cuius a ſenatorio gradu ętas longe abeſſet) imperium, atq; exercitum dari? Siciliam permitti atq; Africam, bellumq; in ea adminiſtrandum? fuit in his prouinciis ſingulari innocentia, grauitate, virtute: bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportauit.

Frui.i.fructū capere fruct⁹ vnde

Dum per deos immortales licet) id eſt, dum dii ipſi permittunt .i. dum ſan⁹ & incolumis & conſtanti ętate homo eſt. Frui hominis vita) i. fructū ex commoditate & hois vita capere. Frui eñ pro eo quod eſt fructum capere ſępe dicit. vt frui vectigalibus, agris, fundis dicimus, vnde fructus appellatus eſt. Cicero de reſponſis Aruſpicū, Aerariū nullū eſt, vectigalibus nō fruunt, q redemerūt. Idē cōtra Rullū ad Quirites, Adiūgit agros Bithynię regios, quib⁹ nūc publicani fruunt. Idē pro Sex. Roſcio, Hūc nō modo colēdis prędiis pfuiſſe, ſed certis fun-

Fructuari⁹ ager.

dis patre viuo frui ſolitum eſſe. Idem pro A. Cecinna, Teſtamẽto faciet hæredẽ quem habebat e Ceſennia filium vſumfructum omnium bonorum ſuorum Ceſenniæ legat, vt frueretur vna cum filia. Vnde fructuarios agros M. Celi⁹ in lib. Epiſtolarum Ciceronis. viii. appellat, pacate poſſeſſos, ex quibus fructus percipitur. Agros, inquit, quos fructuarios habent ciuitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile & honeſtũ factu eſt immunes eſſe. At enim nihil noui fiat.) Quod Catulus in legis diſſuaſione dixit id Cicero repetit, vt refutet. In ea autẽ repetitione Cicero at vel at enim ſolet dicere. Non dico &c.) Occupatio eſt. Simulat enim Cicero id ſe non dicere quod dicit. Conſuetudini paruiſſe) id eſt noui nihil feciſſe. Cum Iugurtha) quem poſtea victum in triũpho ante currum ſuum duxit. Poſtea Marius triumphali veſte in Senatum venit, quod nemo ante eum fecerat, vt ſcribit T. Liui⁹ lib. lxvii. Idem cũ Cimbris) A quibus Romani exercitus ſæpe victi fuerant. Nam Papyrius Carbo Coſ. cum exercitu fuſus eſt, M. Iunius Syllanus cum his pugnauit infeliciter: Aurelius Scaurus Conſulis Legatus amiſſo exercitu captus eſt: C. Manlius & Q. Seruilius Cepio Procõſules miſere victi binis caſtris ſpoliati ſunt, vt ait T. Liuius. Cũ Theutonis) quibus Cimbri poſt tam multas victorias ſe coniunxerunt. Theutonos & Theutones dicim⁹. In bello Cimbrico C. Mario ſæpe continuatus Conſulatus eſt, quemadmodum Fabio Maximo in ſecũdo bello Punico. In ipſo Cn. Pompeio) Quæ in Pompeio noua cõſtituta ſint, dicit. Adoleſcentulum) Natus erat tum Pompeius annos tres & viginti, quũ in agro Piceno, vt dixi tres comparauit legiones, quem Sylla imperatorem appellauit. Difficili Reipub. tempore.) Quo tempore bella erant ciuilia Syllæ cum Carbone. Exercitum conficere) id eſt cogere & colligere: vt conficere pecuniam Cicero dicit in Oratione pro L. Flacco, Duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut verſura, aut tributo. Et contra Rullum ad Quirites, Permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de veſtris vectigalibus non fruendis. Rem optime ductu ſuo gerere.) Nam in Sicilia vicit cepitque Carbonem, vt ante diximus. Peradoleſcenti.) Adoleſcens & adoleſcentior tantum dicitur. Pro ſuperlatiuo autem hic peradoleſcentem dicit, vt paulo ante adoleſcentulum. Cuſus a Senatorio gradu. Senatum a ſenum ætate appellatum eſſe, Cicero in libro de Senectute ſcribit, quem eandẽ ob cauſam γερουσίαν Græci appellãt. γέροντας enim hi ſenes appellant. Bellumq;) contra Domitium & Hieircam. Natus Pompeius. iiii. & xx. annos, adhuc eques Romanus, quod quidem nemini contigerat, ex Africa triumphauit, vt ante diximus. Deportauit) id eſt in Italiam conduxit. Deportare exercitum pro eo quod eſt, claſſe in patriam reducere T. quoq; Liuius ſæpe dicit, vt libro. xxiii. Neq; controuerſiam fore, quin ipſe confecto bello Annibal victor in eam decedat, exercitumq; deportet, Italiæ imperiũ Cãpanis relinquatur. Idẽ lib. xxx. Tum M. Attili⁹ & Q. Minuti⁹, Trib. pl. ad populũ tulerunt, vellẽt iuberẽtve Senatũ decernere, vt cũ Carthaginenſib⁹ pax fieret. & quẽ eam pacem dare, quẽq; ex Africa exercitus deportare iuberent. De pace vti rogaſſent, omnes tribus iuſſerunt pacem dare P. Scipionem, eundẽ ex-

Theutoni.

Conficere exercitum, & pecuniã.

Peradoleſcẽs & adoleſcentulus.

Deportare exercitum.

ercitum deportare. Idem lib.xxxix. Ita comparatum more maiorũ erat, ne quis qui exercitum nõ deportaſſet, triumpharet: niſi perdomitã pacatã prouinciã tradidiſſet ſucceſſori ſuo. Reportare exercitum, idem in eadẽ ſignificatione dicit in lib.xxxviij. Authoritas ſeniorum valuit, negantium exemplum proditũ memoriæ eſſe, vt Imperator qui deuictis perduellibus, confecta prouincia exercitum reportaſſet, ſine curru & laurea priuatus inhonoratuſq; in vrbem iniret. Tranſportare exercitum quid ſit ante diximus. Portare exercitum, idem quoq; dicit lib.xxxix. Senatuſcõſultũ factũ, vt Prætores, quatuor millia peditũ Romanorum ſcriberent, quadrigentos equites, & quinq; millia ſociorum peditũ Latini nominis, quingentos equites, quos ſecũ in Hiſpaniã portarẽt. Sed deportare pro portare quoq; dicimus. Cic. in Verrẽ actione prima, Non te ex Sicilia literas in Verrẽ deportare velle arbitrantur. Idem actione.vi. Omniaq; quæ ornamento ibi eſſe poſſent, Carthaginem ſunt ex illo loco deportata. Ita continuo ſignum vt demolirentur, & Meſſanam deportarent, imperauit.

Reportare exercitum.

Portare exercitum.

Deportare literas, ſigna tabulas aliaque.

Quid tam inauditum, q̃ equitem Romanum triumphare? at eam quoq; rem Populus Romanus non modo vidit, ſed etiam ſtudio omni viſendam putauit. Quid tam inuſitatum, q̃ vt cum duo Conſules clariſſimi, fortiſſimiq; eſſent, eques Romanus ad bellum maximum, formidoloſſimumq; pro Cõſule mitteretur? miſſus eſt. quo quidem tempore cum eſſet non nemo in Senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem priuatum pro Conſule, L. Philippus dixiſſe dicitur: non ſe illũ ſua ſententia pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittere. Tanta in eo Reipub. bene gerendæ ſpes conſtituebatur, vt duorum Conſulum munus vnius adoleſcentis virtuti committeretur. Quid tam ſingulare? q̃ vt ex S. C. legibus ſolutus, Conſul ante fieret, q̃ vllum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet? Quid tam incredibile, q̃ vt iterum eques Ro. ex S.C. triumpharet? Quę in omnibus hominibus noua hominũ memoria conſtituta ſunt: ea tam multa non ſunt, q̃ hæc * in * vno homine videmus. Atque hæc tot exempla, tanta ac tam noua profecta ſunt in eundẽ hominem a Q. Catulo atq;

* quæ
* hoc

a cęterorum eiuſdem dignitatis ampliſſimorum hominum authoritate.

Duo Coſſ.)Hi qui fuerint nōdum legi, quanuis Eutrop.libro ſexto ſcribat Sertorianum bellum M. Aemylio Lepido & Q.Catulo Coſſ.cœpiſſe. Ad bellum maximum)Quod in Hiſpania cum Q.Sertorio geſſum eſt.Cuius in vita Plutarchus ſcribit a paruo exercitu eius magnas popu.Rom. copias magnoſq; duces deuictos,Cottam nauali prælio ſuperatum, Phidiam Prætorem profligatum:Domitium Proconſulem contritum, Toranium Metelli Legatum cū exercitu deletum,ipſū quoque Metellū virū ætatis ſuæ ampliſſimū in eā neceſſitatem adductū,vt L.Lollius ex Narbonēſi Gallia ei auxiliū ferre coactꝰ ſit.& Cn.Popeius cū ſumma feſtinatione miſſus ſit,vt Sertorio reſiſteret.Metellum Sertorius magna celeritate vrgebat,Metellus cūctatione reſiſtebat,L.Philippꝰ dixiſſe dicitur.Idem ſcribit Plutarchus in vita Pompeij. L.Philippus Senator ſumma nobilitate & eloquentia fuit,vt ait Cicero pro Cn.Planco. Legibus ſolutꝰ) id eſt,vt vulgo dicunt,diſpenſatus.Qua voce Cicero,T.Liuius,alijq; vtuntur ſæpiſſime. Q; vllum magiſtratum) Cn.enim Pompeius quum adhuc Quęſtor eſſet cum imperio Conſulari aduerſus Sertorium miſſus eſt, vt ait T.Liuiꝰ libro.xci. Aedilitas enim primus erat magiſtratus: eaq; ad honoris amplioris gradum aſcenſus primus erat,vt ait Cicero in libro de Legibus tertio, deinde Prætura,poſt Conſulatus.Sed ante Aedilitatem Quæſtura gerebatur: quæ ex horum magiſtratuū ordine non erat,quemadmodum & tribunatus. Vlpianꝰ libr. Digeſt.j.titulo de officio Quæſtoris,Quęſturam eſſe dicit initium & quaſi primordium gerendorum magiſtratuum.Ideoq; adoleſcentuli Quęſtores fiebant. Inde illud Ciceronis eſt in Epiſtolarum libro ſecundo Ego de prouincia decendens Quæſtorem Cælium prępoſui prouinciæ,puerum inquis?at Quæſtorem,at nobilem adoleſcentem,at omnium fere exemplum.Scipionem quoq;,cui poſtea Africani cognomen fuit,natum annos quatuor & ferme viginti cum imperio Conſulari in Hiſpaniam ſecundo bello Punico miſſum fuiſſe T. Liuius lib.viceſimo ſexto ſcribit. Magiſtratum capere) id eſt adminiſtrādum & gerendum ſuſcipere,vt in oratione pro Cn.Planco,quod multo etiam minꝰ ferendum eſt.Tum enim magiſtratum non gerebat is qui ceperat. Iterum triumpharet)de Sertorio. Prius enim de Domitio & Hierica in africa victis triumphauit. Quæ in omnibus hominibus noua)Sententia eſt.Quæ in Cn. Pompeio noua conſtituta ſunt,ea multo ſunt plura,ꝙ quæ vnꝙ in vllo ciue Romano conſtituta ſint. Poſt hominum memoriam)id eſt ab omni antiquitate. Tot exempla in Cn.Pompeio conſtituta a Q.Catulo) Hæc authore Senatu conſtituta ſunt.Q.autem Catulus Senator erat,Hortatu etiam Catuli in Sertorium imperium petiuit. Eiuſdem dignitatis)id eſt,Senatorum,aut virorum Conſularium.Ampliſſimi homines ſunt Senatores vel Conſulares.Nam ampliſſimus honos eſt Conſulatus,ampliſſimus ordo eſt Senatorius,ampliſſimi ordines ſunt Senatorius & Equeſter.

Q.Sertorij virtus.

L.Philippꝰ

Legibus ſolutus.

Aedilitas.

Quęſtura.

Iuuenes quęſtores

Capere magiſtratū

Quare videant,ne ſit periniquum,& nõ ferendũ illorum authoritatẽ de Cnæi Pompeii dignitate a vobis comprobatam ſemper eſſe: veſtrum ab illis de eodem homine iudicium,populique Romani authoritatem improbari:præſertim cum ſuo iure populus Romanus in hoc homine ſuam authoritatem,vel contra omnes, qui diſſentiunt,poſſit defendere.Propterea quod iſtis reclamantibus,vos vnum illum ex omnibus delegiſtis, quẽ bello prædonum præponeretis. hoc ſi vos temere feciſtis,& Reipublicæ parũ conſuluiſtis, recte *ſtudia veſtra ſuis conſiliis regere conentur:Sin autem vos plus tum in Republica vidiſtis, vos his repugnantibus per voſmetipſos dignitatem huic imperio, ſalutem orbi terrarũ attuliſtis:aliquãdo iſti principes,& ſibi,& cæteris, populi Romani vniuerſi authoritati parendũ eſſe fateãtur.At in hoc bello Aſiatico,& regio non ſolũ militaris illa virtus quæ eſt in Cnæo Pompeio ſingularis,ſed aliæ quoque virtutes animi multæ,& magnę requirũt. Difficile eſt in Aſia,Cilicia,Lycia,Syria,regniſq; exterarũ nationum ita verſari veſtrum Imperatorem,vt nihil aliud q̃ de hoſte ac laude cogitet.Deinde etiã,ſi qui ſunt pudore ac temperantia moderatiores,tamẽ eos tales propter multitudinem hominum cupidorum nemo arbitratur.Difficile eſt dictu Quirites, quanto in odio ſumus apud exteras nationes,propter eorũ,quos ad eas hoc anno cum imperio miſimus,iniurias ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis terris,* veſtris magiſtratibus religioſum?quam ciuitatem ſanctam? quã domum ſatis clauſam ac munitã fuiſſe?Vrbes iam locupletes & copioſæ requiruntur, quibus cauſa belli propter

*Iſti.

*noſtris

diripiendi cupiditatem inferatur. Libenter hęc corā,cū Q.Catulo,& Q. Hortenſio diſputarem ſummis & clariſſimis viris.Nouerunt enim ſociorū vulnera,vidēt eorum calamitates,querimonias audiunt.

Illorum authoritatē de Cn.Pōpeio.Quū Pompeius eques bis ex Senatuſcōſulto triumphauit,quumq; ex Senatuſcō.ſolutus legib⁹ imperium Cōſulare habuit,id populus Ro.comprobauit.Populi enim Ro. magiſtratus erāt Tribuni plebis.Ij aūt ſubſellijs ante valuas curiæ poſitis decreta patrum attētiſſima cura examinabant,vt ſi qua ex iis improbaſſent,rata eſſe non ſinerent.Itaq; veteribus Senatuſcōſultis. T.litera ſubſcribi ſolebat:eaq; nota ſignificabatur illa Tribunos quoq; cenſuiſſe.Author eſt Valerius Maximus libro ſecundo titulo de Inſtitutis antiquis. Populiq; Romani.) Quanuis ad Quirites,id eſt,ad pop. Roma,habeatur hæc oratio,maiorem tamē dignitatē ſignificat, quū dicit pop. Ro.authoritatē,q̄ quū dicit veſtrū iudicium.Populi aūt Ro.iudiciū ſuffragiis ferebatur. Iſtis reclamantibus.)Inuito Senatu per latā legem Gabiniā,eaq; lege imperiū in prædones Pompeio mādatum ante diximus. Studia veſtra ſuis conſiliis.)Suffragij ius non habebant Senatores.Sed quū aliqua de re ferendum erat ſuffragiū.vt ſi de lege ferenda agebatur,licebat Senatoribus orationes ad populum habere,quibus ſuaderent populo quid agendum foret.Itaq; po.Ro.ſtudia cōſilijs ſuis regebāt. Attulistis)quū Pōpeium prædonum bello præpoſuiſtis. Regio)quod cum duob⁹ Regibus Mithridate & Tigrane gerēdū eſt Regnis interiorū nationū.)In codicibus alijs lego,regnis exteriorū nationū Vtrobiq; mendoſe legi putem,eſſeq; legendum exterarum nationum.Exteras nationes quas vulgo extraneas dicūt,q̄ ſæpe Cicero dicat,ne admonendū quidem eſt.

Tribuni pl. ſenatuſconſulta examinabant

Suffragij ius.

De hoſte ac laude cogitet.)De hoſte vincendo,ac laude ex innocentia,continentia,tēperātia,fide,facilitate,alijſq; virtutib⁹ mitioribus apud ſocios amicoſq; po.Ro.& apud exteras nationes quæſita. Si qui ſunt.)Imperatores.ſ. Propter multitudinem cupidorum hominum).i.quum cæteri ferme Imperatores cupidi eſſe ſoleant. Quos ad eas hoc anno)Prætores intelligit,qui ad Prætorias prouincias miſſi ſunt.Simul Conſules ad Conſulares prouincias miſſos intelligere liceat. In illis terris)id eſt,apud nationes exteras. Iniurias)id eſt,furta & rapinas. Copioſe)id eſt,locupletes.Copias enim diuitias appellamus. Vt pro Archia,Ibi natus eſt loco nobili,& celebri quōdam vrbe & copioſa.Inde,copioſum hominem idē appellat locupletem in libro de Officijs ſecūdo,Quid ei⁹ collega in Cenſura L.Mūmius?nūquid copioſior quū copioſiſſimam vrbē funditus ſuſtuliſſet?Copioſum patrimoniū idē dicit pro Sex. Roſcio. Seſe hoc incolumi non arbitrabatur huius innocentis patrimonium tā amplū & copioſum poſſe obtinere. Requiruntur)id eſt diligēter inquiruntur. Nouerunt enim ſociorum vulnera.)eorum enim querimoniæ ad Senatum perferuntur.

Copioſ⁹ pro locuplete.

Capere.)id eſt continere & ſatiare. Qui ab auro gazaq; regia.)id eſt a Mithri-
datis & Tigranis pecunijs. Quam enim pecuniam hoſtibus Imperatores detra-
xerant, eam in ærarium referendam Romam curabant. Ideoq; cum imperato-
ribus mittebantur. Quæſtores ad pecuniariam rem adminiſtrandam, & præ-
dam ac manubias in publicas rationes referendas. Cicero in libro de Officijs ſe-
cundo ſcribens magiſtratus continentes eſſe, omniq; auaritiæ ſuſpitione vaca-
re debere. Omni, inquit, Macedonum gaza, quæ fuit maxima potitus eſt Pau-
lus, tantum in ærarium pecuniæ inuexit, vt vnius Imperatoris præda attulerit
finem tributorum. Imitatus patrem Africanus nihilo locupletior Carthagine
euerſa. Idem L. Mummium feciſſe dicit, quum Corinthum vrbem opulentiſ-
ſimam funditus euertiſſet. Illic Macedonum gazam, vt hic regiam Cicero ap-
pellat. Virgilius quoque in libro Aeneidos primo, Arma virum tabulæque &
Troia gaza per vndas. Et in libro ſecundo, Huc vndiq; Troia gaza Incenſis ere- Gaza.
pta adytis. Gazam in numero tãtum ſingulari perſicam vocem eſſe, eaq; ſigni-
ficari diuitias, id eſt omne id quod poſſidemus Seruius dicit. Non erit idoneus Idoneus
qui ad bellum mittatur)vt paulo ante dixit. Idoneus non eſt, qui impetret. Ec-
quam putatis ciuitatem.) Conduplicatio eſt. Res enim eadem iterum dicitur.
Pacata autem natio aut ciuitas eſt, quæ bello caret, quæ in pace eſt, vt paulo ante Pacata ciui
dixit pacatum hominem qui hoſtis non ſit. Requiſiuit.)id eſt ſtudioſe queſi tas.
uit, vt bello piratico præficeretur. Propter animi continentiam)id eſt quia ſo
ciorum compilator ac prædator non eſſet. Pecunia publica)id eſt vectigali-
bus quæ ipſi ſoluerent. Præter paucos)eos ſcilicet, qui cum imperio in prouin
cias mittantur. Neq; eos)paucos ſcilicet. Claſſium nomine)id eſt quod claſſi-
præfecti ſint. Quibus iacturis.)id eſt incommodis noſtris. Alienis vitijs.)
Magna laus Pompeij eſt, in aliorum Imperatorum tanta auaritia, tanta incon-
tinentia ipſum eſſe tam innocentem, tamq; continentem. Inter annos tot) Inter & in-
id eſt a tam multis annis. Intra autem de futuro potius dicatur, vt intra decem tra tot an-
annos, id eſt antequam decem anni ſint: quod decennio quoq; dici poſſet, vt in nos.
libro inuectiuarum in Catilinam ſecundo. Sed triduo tamen audietis. Id expo-
nit Priſcianus pro intra triduum. P. Seruilius)is eſt vt arbitror qui ante Pom P. Seruilius
peium cum piratis victoria non incruenta conflixit. quos e mari eieciſſe non Iſauricus.
contentus, eorũ vrbes validiſſimas, diutina præda abundantes Phaſelin & Oly
pon euertit, Iſauronq; ipſam Ciliciæ arcem ſuſtulit. Vnde conſcius ſibi ipſe ma
gni laboris, Iſaurici cognomen adamauit. Author eſt L. Florus. Significat au-
tem Cicero hos in ea eſſe ſententia, vt Cn. Pompeio decernatur imperium in
Mithridatem. C. Curio)is eſt, vt arbitror ad quem Ciceronis Epiſtolæ libro
ſecundo ſunt. Summis veſtris beneficijs præditus)id eſt vir conſularis. Pro
ampliſſimis veſtris honoribus)id eſt pro Conſulatu.

Eſt Cn.Lentulus,in quo omnes pro ampliſſimis veſtris honoribus ſummum conſilium,ſummam grauitatẽ eſſe cognoſcitis.Eſt C.Caſſius,integritate,virtute,conſtantia ſingulari. Quare videte, num horũ authoritatibus, illorum orationi,qui diſſentiunt reſpõdere poſſe videamur.Quæ cum ita ſint C.Manili,primum, iſtam tuam & legem,& voluntatem,& ſententiam laudo,vehementiſſimeꝗ cõprobo:deinde te hortor,vt authore Po.Ro. maneas in ſentẽtia,neue cuiuſq̃ vim aut minas pertimeſcas,Primum enim in te ſatis eſſe animi cõſtantiæꝗ arbitror:deinde cum tantam multitudinem,cum tanto ſtudio adeſſe videamus quantã non iterũ in eodem homine pręficiendo vidimus,quid eſt,ꝙ aut de re,aut de perficiendi facultate dubitemus?Ego autẽ,quicquid in me eſt ſtudii,conſilii,laboris, ingenii, quicquid hoc beneficio po.Ro.atꝗ hac poteſtate prætoria:quicquid authoritate,fide,conſtantia poſſum, id omne ad hanc rem cõficiendã tibi,& populo Ro.polliceor,& defero.Teſtorque omnes deos,& eos maxime qui huic loco temploꝗ præſident,qui omnium mentes eorum,qui ad Remp.adeunt,maxime perſpiciunt,me hoc neꝗ rogatu facere cuiuſq̃,neꝗ quo Cn.Pompeii gratiam mihi per hanc cauſam conciliari putem:neꝗ quo mihi ex cuiuſq̃ amplitudine,aut præſidia periculis,aut adiumẽta honorib⁹ quęram.propterea ꝙ pericula facile(vt hominem præſtare oportet)innocentia tecti pellemus:honores autem neꝗ ab vno,neꝗ ex hoc loco, ſed eadem noſtra illa laborioſiſſima ratione vitæ(ſi veſtra voluntas feret) conſequemur.Quamobrem quicquid in hac cauſa mihi ſuſceptũ eſt Quirites, id ego omne me Reipub. cauſa ſuſcepiſſe

confirmo:tantumque abeſt,vt aliquam bonam gratiam
mihi quęſiſſe videar,vt multas etiam ſimultates,partim
obſcuras,partim apertas,intelligā mihi nō neceſſarias
vobis non inutiles ſuſcepiſſe. Sed ego me hoc honore
præditum,tantis veſtris beneficiis affectum,ſtatui Qui
rites veſtram voluntatem,& Reipub. dignitatem,& ſa
lutem prouinciarum atq; ſociorum,meis omnibus com
modis & rationibus præferre oportere.

Cn.enim Lentulū)Cum Lucullo Conſulē fuiſſe Cicero Act.i Verrē.iiij. ſcri= Cn.Lentu=
bit.Duorū aūt Lentulorū Cicero minimit:vnius Cn.Lētuli Marcellini,in diui li duo.
natione alterius Cn.Lentuli Vacciæ,in lib.Epiſt.ad Q.Fratrē ſecundo. De vtro
hic intelligatur incertum eſt. C.Caſſius)Hūc eſſe arbitror ad quē Ciceronis epi
ſtolæ ſunt lib.xv. Horum authoritatibus).i.per horum authoritates. C.Ma
nili)Apoſtrophe eſt,auertit em̄ ſermonē a po.Ro. Cuiuſq; vim aut minas pti
meſcas)Lex Manilia viris optimis iniqua videbatur,propterea q̄ ea primū Lu Lex mani=
cullus rerum ſuarum geſtarū gloria priuabatur,triūphi em̄ potius q̄ belli ſucceſ lia.
ſor Pompei⁹ mitti videbatur:deinde potentiā Pōpeii metuebant,ne in tyrāni=
dem euaderet.Itaq; priuatim conſtituerunt inter ſe promulgationi legis obſiſte
re,neq; ferre publicā libertatem prodi. Verū cū perferendæ legis dies adeſſet,ple
bis metu fracti animis ſilentiū egere,p̄ter Catullū vt ait Plutarh.i vita Pōpeij:
Hortenſiū adiūgit Cicero. Nō iterū).i.nō alias. Teſtorq; oēs deos)Remouet
omnē ſuſpicionem,ne hanc legē ſuadere videatur,aut rogatu cuiuſdā,aut vt Pō
peij gratiam ſibi cōciliaret,aut ad depellēda pericula,aut ad Cōſulatū aſſequēdū:
ſed reip.cauſa id ſe tantū facere profitetur. Huic loco temploq;).i. foro & ro=
ſtris.Templum q̄uis pſæpe pro curia dicatur,nonnunq̄ tamē pro foro inuenit: Templum
T.Liui⁹ lib.viij Naues iquit,Antiatiū parti i naualia Romę ſubductę, parti in= pro foro.
cenſæ:roſtriſq; earum ſuggeſtū in foro extructū adornari placuit:Roſtraq; id tē
plum appellatum. Per hanc cauſam).i. per hāc legis ſuaſionē. Adiumenta
honoribus).i.ad Cōſulatū. Vt hoīem pręſtare oportet) iudiciorum pericula in=
nocens non metuit. Idq; virū bonū pręſtare decet,vt innocētia munitus ea ni=
hil formidet. Cōfirmo).i.affirmo. Aliquā bonam gratiā)A.Gellius cap.ix.li= Gratia bo=
bri.xij.gratiam nominat inter vocabula ancipitia,quę in vtranq; partem dicū= na & mala.
tur.Ideoq; gratiam bonam hic Cicero dixit,vt in oratione pro L.Murena.L.in
quit,Murenæ prouincia multas bonas gratias cū optima exiſtimatione attulit.
Referre gratiā in re mala,idē dixit in oratiōe pro P.Sylla.Q; ſi eſſes vſu atq; æta
te robuſtior,eſſem idem qui ſoleo,quum ſum laceſſitus nunc tecum ſic agam,tu
liſſe vt potius iniuriam,q̄ retuliſſe gratiam videar.